

II  
TEXTO Y TRADUCCIÓN



## EDITIONES ET COMMENTATIONES IN APPARATU LAUDATAE

- Aldina *Statii Sylvarum libri V, Thebaidos libri XII, Achilleidos libri II. Ortographia et flexus dictionum graecarum omnium apud Statium cum accentibus et generibus ex variis utriusque linguae autoribus*, ed. A. P. Manutius, Venetiis: Aldi, 1502.
- Bährens A. Bährens, *P. Papinii Statii Silvae*, Lipsiae: Teubner, 1876.
- Barth *Publi Papinii Statii quae exstant. Casparus Barthius recensuit et animadversionibus locupletissimis illustravit, edidit Christianus Daumius I-IV*, Cygeneae: off. M. Göpneri (G. Scheibium), 1664-65.
- Bailey apud Klotz
- Bentley coniecturae editae a M. Haupt, «Beiträge zur Berichtigung der Gedichte des P. Papinius Statius. Aus Richard Bentleys und Johann Schraders Aufzeichnungen» in U. Wilamowitz-Moellendorff (edd), *Opuscula III*, Lipsiae, 1876, 126-36.
- Courtney E. Courtney, *P. Papini Stati Silvae*, Oxonii, 1990.
- 1966 E. Courtney, «On the *Silvae* of Statius», *BICS* 13 (1966), 94-100.
- 1968 E. Courtney, «Emendations of Statius' *Silvae*», *BICS* 15 (1968), 51-57.
- 1984 E. Courtney, «Criticism and elucidations of the *Silvae* of Statius», *TAPhA* 104 (1984), 327-341.
- 1988 E. Courtney, «Problems in the *Silvae* of Statius», *CPh* 83 (1988), 43-45.
- Damsté P. H. Damsté, «Spicilegium in Silvis Statianis», *Mnemosyne* 51 (1923), 135-78.
- Frère-Izaac H. Frère et H. J. Izaac, *Stace, Silves*, Paris: Les Belles Lettres, 1944 (1961<sup>2</sup>).
- Grabesberg L. Grabesberg, «Zu Statius *Silvae*», *Fleckeisens Jahrbücher für classischen Philologie* 23 (1877), 419-22, 769-76.
- Gronovius (sequente numero Arabico) *Iohannis Frederici Gronovii in P. Papinii Statii Sylvarum libros V Diatribe*, 1637 (=Lipsiae 1812); alia ex sua editione: *P. Papinii Statii Opera ex recensione et cum notis Iohanni Frederici Gronovii*, Amstelodami: L. Elzevirius, 1653.
- Håkanson L. Håkanson, *Stattius' Silvae. Critical and exegetical remarks with some notes on the Thebaid*, Lund: CWK Gleerup, 1969.
- 1973 L. Håkanson, *Stattius' Thebaid. Critical and exegetical remarks (Scripta Minora regiae societatis humaniorum litterarum lundensis 1972-1973: 1)*, Lund: CWK Gleerup, 1973.

- Heinsius N. Heinsii coniecturae quorum notitiam debeo Klotzianae editioni (cf. *P. Papinii Statii Silvae. Recensuit et cum notis Gronovii Marklandi aliorumque et suis edidit Ferdinandus Handius*, Lipsiae: sumptibus G. I. Goeschenii, 1817, p. LI)
- Imhof 1859 A. Imhof, *De Silvarum Statianarum condicione critica*, progr. Halle 1859.
- — — 1863 A. Imhof, *Statii ecloga ad uxorem (III 5)*, Halle 1863.
- Ker 1953 A. Ker, «Notes on Statius», *CQ* 47 (1953), 1-10.
- Koch H. A. Koch, *Coniectaneorum in Poetas Latinos pars altera*, Progr. Portae, 1865, 4-17.
- Klotz A. Klotz, *P. Papini Stati Silvae*, Lipsiae: Teubner, 1911.
- Leo F. Leo, *De Stati Silvis commentatio*, Gottingae, 1892.
- Lidenbrog *P. Surculi Statii Opera quae extant... partim nunc primus edidit Frederici Tiliobroga sive Lindenbrogius*, Parisiis: off. Plantiniana (H. Perier), 1600.
- Lundström W. Lundström, *Quaestiones Papinianae*, diss. Upsaliae, 1893.
- Lottich O. Lottich, *Trostgedicht an den Claudius Etruscus (Silv. III, 3) mit sachlichen und kritischen Eklärungen*, progr. Hamburg 1893.
- Macnaghten H. Macnaghten, «Some passages of the *Silvae* of Statius», *JPh* 19 (1891), 129-37.
- Marastoni A. Marastoni, *P. Papini Stati Silvae*, Lipsiae: Teubner, 1970<sup>2</sup>.
- Markland J. Markland, *P. Papinii Statii libri quinque Siluarum*, London, 1728 (Dresden-London 1827<sup>2</sup>).
- Martinelli L. Cesarini Martinelli, «Le «Selve» di Stazio nella critica testuale del Poliziano», *SIFC* 47 (1975), 130-74.
- Meursius J. Meursius, *Exercitationes Criticae* II (1599), IV.7.
- Otto A. Otto, «Zur Kritik von Statius' *Silvae*», *RhM* 42 (1887), 362-73, 531-46.
- Peyraredus *P. Statii Papinii Thebaidos libri XII, cum notis Gujeti, Johanni Peyraredi et aliorum, opera ac studio Michaeli de Marolles I-III*, Lutetiae Parisiorum: S. Huré et F. Léonard, 1658.
- Politianus A adnotationes in exemplar Corsiniano editionis principis (editae ab A. Engelmann, *De Statii Silvarum codicibus*, Leipzig 1902; auctae et correctae a Martinelli 166-74).
- B L. Cesarini Martinelli (ed.), *Angelo Poliziano. Commento inedito alle Selve di Stazio*, Florence: Sansoni Editore, 1978.
- Polster *Quaestiones Statianae* I (1878), II (1879), III (1884), IV (1890).
- Postgate J. P. Postgate & G. A. Davies, *P. Papinius Statius, Siluarum libri V* (Corpus Poetarum Latinarum), Londini: sumptibus G. Bell et Filiorum, 1904.
- — — 1905 J. P. Postgate, «Ad Silvas Statianas silvula», *Philologus* 64 (1905), 116-36.

- Rothstein M. Rothstein, *Ad Statii Silvas observationes criticae* (Festschrift J. Vahlen), Berlin, 1900, 497-522.
- Rosberg K. Rosberg, *Jahrbuch für klassisches Philologie* 123 (1881), 143-44.
- Salmasius apud Klotz.
- Saenger P. Papinii Statii Silvae, varietatem lectionis selectam exhibuit Gregorius Saenger, St. Petersburg, 1909.
- Shackleton  
Bailey D. R. Shackleton Bailey, «The Silvae of Statius», *HSCPb* 91 (1987), 273-282.
- Schrader J. J. Schrader, coniecturae editae apud M. Haupt, «Beiträge zur Berichtigung der Gedichte des P. Papinius Statius. Aus Richard Bentley's und Johann Schraders Aufzeichnungen» in U. Wilamowitz-Moellendorff (edd), *Opuscula* III, Lipsiae, 1876, 126-36.
- Slater D. A. Slater, «Conjectural emendations in the Silvae of Statius», *JPh* 30 (1907), 133-60.
- Traglia A. Traglia, *P. Papini Stati Silvae*, Torino: Paravia, 1978.
- Unger R. Unger, *P. Papinii Statii ecloga ultima (V 5). Accedunt de Statii locis controversis coniectanea*, Neustrelitz, 1868.
- Vollmer F. Vollmer, *P. Papinii Statii Silvarum Libri*, Leipzig: Teubner, 1898 (= Hidelshiem: Georg Olms, 1971).
- — — 1896 F. Vollmer, «Textkritisches zu Statius», *RbM* 51 (1896), 25-44.
- Wakefield apud Klotz
- Waller W. Waller, *Excursus criticus in P. Papinii Statii Silvas*, diss. Vra-tislavae, 1885.
- Wiman G. Wiman, «Papiniana», *Eranos* 35 (1937), 1-21
- Ziehen J. Ziehen, in Vollmerianae editionis recensione, *GGA* 1904, 642-58.

## CONSPECTUS SIGLORUM

- M* Matritensis BN 3678, olim M 31, saec. XV ineunte scriptus. Silvae continentur ff. 64<sup>r</sup>-114<sup>v</sup> (lib. III ff. 84<sup>v</sup>-94<sup>v</sup>).
- M*<sup>1</sup> ipsius manus emendationes
- M*<sup>2</sup> Poggius Bracciolini scribam *M* corrigens
- Itali* Italarum doctorum emendationes et coniecturae in Matritensis apographis scriptae
- a* editio princeps, Venetiis, 1472
- b* editio F. Puteolani, Parmae, 1473
- c* editio D. Calderini, Romae, 1475

P. PAPINI STATI  
SILVARUM  
LIBER TERTIUS

PRAEFATIO

STATIUS POLLIO SUO SALUTEM

TIBI certe, Polli dulcissime et hac cui tam fideliter inhaeres-  
quiete dignissime, non habeo diu probandam libellorum is-  
torum temeritatem, cum scias multos ex illis in sinu tuo subito  
natos et hanc audaciam stili nostri frequenter expaveris, quo-  
tiens in illius facundiae tuae penetrabile seductus altius litteras  
intro et in omnes a te studiorum sinus ducor. securus itaque  
tertius hic Silvarum nostrarum liber ad te mittitur. habuerat  
quidem et secundus <te> testem, sed hic habet auctorem. nam  
primum limen eius Hercules Surrentinus aperit, quem in litore  
tuo consecratum, statim ut videram, his versibus adoravi.  
sequitur libellus quo splendidissimum et mihi iucundissimum  
iuvenem Maecium Celerem, a sacratissimo imperatore mis-  
sum ad legionem Syriacam, quia sequi non poteram, sic pro-  
secutus sum. merebatur et Claudii Etrusci mei pietas aliquod ex  
studiis nostris solacium, cum lugeret veris (quod iam raris-  
simum est) lacrimis senem patrem. Earinus praeterea, Ger-  
manici nostri libertus, scis quam diu desiderium eius moratus  
sim, cum petisset ut capillos suos, quos cum gemmata pyxide et  
speculo ad Pergamenum Asclepium mittebat, versibus dedi-  
carem. summa est ecloga qua mecum secedere Neapolim  
Claudiam meam exhortor. hic, si verum dicimus, sermo est, et  
quidem securus ut cum uxore et qui persuadere malit quam  
placere. huic praecipue libello favebis cum scias hanc destina-  
tionem quietis meae tibi maxime intendere meque non tam  
in patriam quam ad te secedere. vale.

**Praef.** SILVARUM INCIPIT LIBER III. *M*

**tit.** STATIUS POLLIO SUO SALUTEM *M*

3 temeritatem *M*<sup>2</sup>, in marg. : temerantem *M* \* 8 <te> *add. Bährrens* \* 15-6 iam rarissimum *Bährrens* : amarissimum *M* \* 16 Earinus *Itali* : Ierinus *M* \* 17 scis *Vollmer* 1893 932, *contra Housman CR* 20 (1906), 44 : scit *M*, *frustra def. Housman ibid.*, *Håkanson* 82-3 \* 21-2 et quidem *Markland* 256a-b (*in comm.*) et *in textu* : equidem *M*

P. PAPIPIO ESTACIO  
*SILVAS*  
LIBRO TERCERO

PREFACIO

ESTACIO SALUDA A SU AMIGO POLIO:

A ti al menos, Polio, mi muy dulce amigo y muy merecedor de ese retiro al que te aferras tan fielmente, no tengo que demostrarte largo y tendido la temeridad de estos poemas, porque sabes que muchos de ellos son improvisaciones nacidas en tu regazo y estás acostumbrado a espantarte de esta audacia de mi pluma, cada vez que, retirado en la intimidad de aquella famosa erudición tuya, me sumerjo algo más a fondo en las letras y me dejo guiar por ti por todos los entresijos de la literatura. Sin preocupación, pues, te envío este tercer libro de mis *Silvas*. También el segundo libro, es cierto, te había tenido como testigo, pero éste te tiene como inspirador. Pues, para empezar, abre su umbral el poema sobre el templo de Hércules en Sorrento, al que adoré con estos versos inmediatamente después de ver su consagración en tu finca costera. Sigue el poema con el que acompañé, a falta de poder hacerlo de verdad, a mi muy brillante y muy querido joven amigo Mecio Céler, cuando fue enviado por el divino emperador a la legión de Siria. Merecía también el afecto filial de mi amigo Claudio Etrusco algún consuelo de mi poesía, cuando lloraba con lágrimas auténticas (lo que hoy en día es rarísimo) a su anciano padre. En cuanto a Flavio Earino, liberto de mi señor Germánico, por otro lado, sabes cuánto tiempo he demorado su encargo imperioso, cuando me pidió que compusiera unos versos de dedicación de sus cabellos, que se disponía a enviar al templo de Asclepio en Pérgamo en una arquilla de pedrería provista de un espejo. La selección última es en la que insto a mi mujer Claudia a que se retire conmigo a Nápoles. Esto, a decir verdad, es una charla, y relajada por cierto, como no podía ser menos con mi mujer y siendo su objeto más convencer que deleitar. Este poema gozará especialmente de tu predilección, pues sabes que este destino de mi descanso lleva sus miras puestas sobre todo en ti y que yo me retiro no tanto a mi tierra patria como junto a ti. Adiós.

## I

## HERCULES SURRENTINUS POLLII FELICIS

INTERMISSA tibi renovat, Tiryntie, sacra  
 Pollius et causas designat desidis anni,  
 quod coleris maiore tholo nec litora pauper  
 nuda tenes tectumque vagis habitabile nautis  
 sed nitidos postes Graisque effulta metallis 5  
 culmina, ceu taedis iterum lustratus honesti  
 ignis ab Oetaea conscenderis aethera flamma.  
 vix oculis animoque fides. tunc ille reclusi  
 liminis et parvae custos inglorius arae?  
 unde haec aula recens, fulgorque inopinus agresti 10  
 Alcidae? sunt fata deum, sunt fata locorum.  
 o velox pietas! steriles hic nuper harenas  
 ac sparsum pelago montis latus hirtaque dumis  
 saxa nec ulla pati faciles vestigia terras  
 cernere erat. quaenam subito fortuna rigentes 15  
 ditavit scopulos? Tyrione haec moenia plectro  
 an Getica venere lyra? stupet ipse labores  
 annus, et angusti bis seno limite menses  
 longaevum mirantur opus. deus attulit arces  
 erexitque suas atque obluctantia saxa 20  
 summovit nitens et magno pectore montem  
 repulit: immitem credas iussisse novercam.  
 ergo age, seu patrios liber iam legibus Argos  
 incolis et mersum tumulis Eurysthea calcas,  
 sive tui solium Iovis et virtute parata 25  
 astra tenes haustumque tibi succincta beati  
 nectaris excluso melior Phryge porrigit Hebe,  
 huc ades et genium templis nascentibus infer.  
 non te Lerna nocens nec pauperis arva Molorchi  
 nec formidatus Nemees ager antraque poscunt 30

## I tit. HERCULES SURRENTINUS POLLII FELICIS M

9 liminis *Itali*, *Politianus A* : lu- *M* \* 13 ac sparsum *Bärens*, *def. Håkanson 84* : ad sparsum *M* : aspersum *Itali* : asparsum *Frère-Izaac* \* 16 ditavit *M*<sup>2</sup> in mg. : ditavit *M* : ductavit *Markland 256a (comm.) et in textu.* \* 20 atque *om. M, add. supra M*<sup>1</sup> \* 24 *Eurysthea Itali* : euristia *M* \* 30 *nemees M* : venises *M*<sup>1</sup> \*



# I

## EL TEMPLO DE HÉRCULES EN SORRENTO CONSTRUIDO POR POLIO FÉLIX

Polio reinstaura tu culto interrumpido, Tirintio, y revela las razones del año de olvido, pues eres venerado en un templo mayor y ya no ocupas, como un indigente, la costa yerma y un cobijo sólo habitable por marinos errantes, sino espléndidos portales y una techumbre apoyada  
5 en mármol griego, como si, purificado de nuevo por teas de glorioso fuego, hubieras ascendido al éter desde la pira del Eta.

Apenas puedo dar crédito a los ojos y a la memoria: ¿eres tú acaso aquel oscuro guardián de un umbral sin puertas y de un diminuto altar?  
10 ¿De dónde ha surgido este palacio flamante y este esplendor, inesperado en un Alcida rural? Tienen los dioses su destino, tienen los parajes su destino. ¡Oh diligente devoción! Hace poco aquí sólo era posible ver arenas estériles, un costado de monte salpicado por el mar, peñascos  
15 erizados de zarzas y tierras que se resistían a soportar tránsito alguno. ¿Qué fortuna ha enriquecido súbitamente los escarpados riscos? ¿Han surgido estos muros por efecto del plectro tirio o la lira gética? El año mismo queda estupefacto ante los trabajos; y unos breves meses, separados por doce barreras, admiran esta obra destinada a perdurar. El mismo dios trajo y erigió su atalaya; desalojó con su esfuerzo los recalitrantes peñascos y con su enorme pecho hizo retroceder a la  
20 montaña: se diría que su despiadada madrastra aún le imponía órdenes.

Ven pues, tanto si, libre ya de tus trabajos, habitas en tu Argos paterno o pisas sobre la tumba en que está enterrado Euristeo; como si  
25 ocupas el trono de tu padre Júpiter y astros ganados con tu virtud, y Hebe, ceñida, te sirve tragos de divino néctar, mejor que el frigio separado del servicio, ven aquí y transfiere tu divinidad al templo que se inaugura. Ni la Lerna dañina ni los labrantíos del pobre Molorco ni el campo  
30 aterrorizado de Nemea ni los establos tracios ni los profanados altares

Thracia nec Pharii polluta altaria regis,  
 sed felix simplexque domus fraudumque malarum  
 inscia et hospitibus superis dignissima sedes.  
 pone truces arcus agmenque immite pharetrae  
 et regum multo perfusum sanguine robur, 35  
 instratumque umeris dimitte rigentibus hostem.  
 hic tibi Sidonio celsum pulvinar acantho  
 textitur et signis crescit torus asper eburnis.  
 pacatus mitisque veni, nec turbidus ira  
 nec famulare timens, sed quem te Maenalis Auge 40  
 confectum thiasis et multo fratre madentem  
 detinuit qualemque vagae post crimina noctis  
 Thespius obstupuit, totiens socer. hic tibi festa  
 gymnas et insontes iuvenum sine caestibus irae  
 annua veloci peragunt certamina lustris. 45  
 hic templis inscriptus avo gaudente sacerdos  
 parvus adhuc similisque tui cum prima novercae  
 monstra manu premeres atque exanimata doleres.  
 sed quaenam subiti veneranda exordia templi  
 dic, age, Calliope; socius tibi grande sonabit 50  
 Alcides tensoque modos imitabitur arcu.  
 tempus erat caeli cum torrentissimus axis  
 incumbit terris ictusque Hyperione multo  
 acer anhelantes incendit Sirius agros.  
 iamque dies aderat profugis cum regibus aptum 55  
 fumat Aricinum Triviae nemus et face multa  
 conscius Hippolyti splendet lacus; ipsa coronat  
 emeritos Diana canes et spicula terget  
 et tutas sinit ire feras, omnisque pudicis  
 Itala terra focis Hecateidas excolit idus. 60  
 ast ego, Dardaniae quamvis sub collibus Albae  
 rus proprium magnique ducis mihi munere currens  
 unda domi curas mulcere aestusque levare  
 sufficerent, notas Sirenum nomine rupes  
 facundique larem Polli non hospes habebam, 65  
 assidue moresque viri pacemque novosque  
 Pieridum flores intactaque carmina discens.  
 forte diem Triviae dum litore ducimus udo

36 rigentibus *Gevartius ap. Klotz, def. Håkanson 84*: gerentibus *M*: ingentibus *Markland 257a-b (in comm)\**: ingentibus *Markland 257a-b (in comm.)* \* 38 textitus *M*; corr. *M*<sup>1</sup> \* 44 cestibus *M*: test- *Itali*: caed- *Markland 257b-8a (in comm.)* \* 48 doleres *Itali*: dolores *M* \* 53 ictusque *M*: auctusque *Markland 258b (in comm.)* \*

del rey fario reclaman tu presencia, sino un hogar próspero y sencillo, ignorante de malas asechanzas, morada muy digna de huéspedes divinos. Depón tu fiero arco, el implacable ejército de tus dardos y tu maza  
 35 empapada en mucha sangre de reyes. Deja caer de tus hombros la piel del enemigo que llevas desplegada sobre ellos. Para ti se teje aquí una excelsa colcha de púrpura bordada con motivos de acanto y se alza un cabezal grabado con relieves de marfil. Ven con espíritu  
 40 pacífico y bondadoso, no arrebatado por la ira ni receloso como un esclavo, sino como estabas cuando te retuvo Auge, la del Ménalo, agotado por danzas báquicas y ahído por el mucho licor de tu hermano; o como te admiró Tespio, tras los deslices de una noche casquivana, suegro tuyo tantas veces cuantos deslices cometiste. En tu honor se celebran aquí competiciones atléticas; y sanas rivalidades de jóvenes desprovistos de guantes celebran competiciones anuales  
 15 tras el transcurso de una raudo lustro. Aquí en tu templo está inscrito, para gozo de su abuelo, el nombre de un sacerdote todavía pequeño y parecido a ti cuando ahogaste con tu mano los primeros monstruos de tu madrastra y lloraste por verlos sin vida.

50 Pero di, venga, Calíope, cuál fue el repentino origen de este venerable templo. El Alcida te acompañará con un tono elevado de voz y con su arco tensado imitará tus ritmos.

Era la estación en que el eje celeste se abate más tórridamente sobre las tierras y Sirio, azotado por un intenso Hiperión, esquilma violentamente los sedientos campos. Y ya había llegado el día en que  
 55 en el bosque de Trivia, idóneo para reyes fugitivos, se alza el humo de teas; y el lago cómplice de la secreta historia de Hipólito reluce con el reflejo de multitud de antorchas. La misma Diana corona sus perros más meritorios, pule sus jabalinas y permite a las alimañas vagar con impunidad. Toda la tierra de Italia celebra en sus honestos  
 60 hogares los Idus de Hécate. Yo en cambio, aunque bajo las estribaciones de la dardania Alba un terreno propio y un suministro de agua corriente, regalo para mí del poderoso príncipe, bastaran para relajar mis preocupaciones domésticas y aliviar el calor, me albergaba, no como forastero, en los roquedales conocidos por el nombre de las Sirenas, en el hogar del erudito Polio, donde me imbuía cotidianamente de la placidez de su carácter, de las flores frescas de sus Musas y de sus poemas innovadores. Mientras a la sazón pasábamos el día de Diana en una ribera húmeda y, cansados de la estrechez de las puer-

angustasque fores adsuetaque tecta gravati  
 frondibus et patula defendimus arbore soles, 70  
 delituit caelum et subitis lux candida cessit  
 nubibus ac tenuis graviore Favonius Austro  
 immaduit, qualem Libyae Saturnia nimbum  
 attulit, Iliaco dum dives Elissa marito  
 donatur testesque ululant per devia nymphae. 75  
 diffugimus, festasque dapes redimitaque vina  
 abripiunt famuli; nec quo convivium migrent,  
 quamvis innumerae gaudentia rura superne  
 insedere domus et multo culmine dives  
 mons nitet, instantes sed proxima quaerere nimbi 80  
 suadebant laesique fides reditura sereni.  
 stabat dicta sacri tenuis casa nomine templi  
 et magnum Alciden humili lare parva premebat,  
 fluctivagos nautas scrutatoresque profundi  
 vix operire capax. huc omnis turba coimus, 85  
 huc epulae ditesque tori coetusque ministrum  
 stipantur nitidaeque cohors gratissima Pollae.  
 non cepere fores angustaque deficit aedes.  
 erubuit risitque deus dilectaque Polli  
 corda subit blandisque virum complectitur ulnis. 90  
 «tunc» inquit «largitor opum, qui mente profusa  
 tecta Dicarchei pariter iuvenemque replesti  
 Parthenopen? nostro qui tot fastigia monti,  
 tot virides lucos, tot saxa imitantia vultus  
 aeraque, tot scripto viventes lumine ceras 95  
 fixisti? quid enim ista domus, quid terra, priusquam  
 te gauderet erum? longo tu tramite nudos  
 textisti scopulos, fueratque ubi semita tantum  
 nunc tibi distinctis stat porticus alta columnis,  
 ne sorderet iter. curvi tu litoris ora 100  
 clausisti calidas gemina testudine nymphas.  
 vix opera enumerem. mihi pauper et indigus uni  
 Pollius? et tales hilaris tamen intro penates  
 et litus quod pandis, amo. sed proxima sedem  
 despicit et tacite ridet mea limina Iuno. 105

69 angustas *M* : au- *Itali* \* gravati *a* : -is *M* \* 79 superne *Itali* : -ae *M* \* 72 ac *Itali* : at *M* \* 82 sacri  
*M* : -is *Markland* 260b (in comm.) et in textu \* 90 virum *M* : animum *Markland* 261a (in comm.)  
 et in textu \* 91 menta *M*; e add. supra *M*<sup>1</sup> \* 94 imitantia *Itali* : nutantia vel mitantia *M* \* 92 dicar-  
 chei *M* : Dicaearchi *Krohn* \* 97 erum *Håkanson* 85 : erant *M* : erat *Aldina* : ero *Bärens* \* 100 ora  
*Itali* : -as *M* \*

tas y del mismo techo de siempre, nos protegíamos de los rayos del  
70 sol bajo un copudo árbol, de repente se ocultó el cielo, el día luminoso  
cedió ante repentinos nubarrones y el ligero Favonio se encapotó con la  
llegada del más cargado Austro: una tormenta como la que la hija de Sa-  
turno envió a Libia mientras la rica Elisa era entregada a un esposo ilia-  
75 co y las ninfas vociferaban como testigos en aquellos parajes solitarios.  
Salimos huyendo y los esclavos recogieron las viandas festivas y las cop-  
pas de vino engalanadas con guirnaldas. No tenían los comensales dón-  
de refugiarse, aunque innumerables casas poblaban en lo alto el  
brillante terreno y el rico monte lucía con sus muchas techumbres. Pero  
los amenazantes nubarrones, así como la confianza (defraudada una  
vez) de que el tiempo despejado estaba a punto de regresar, aconseja-  
80 ban buscar el cobertizo más cercano posible. Había una diminuta caba-  
ña que de templo sagrado sólo tenía el nombre: pequeña como era,  
agobiaba al gran Alcida con su humilde espacio, apenas espaciosa para  
cobijar a los marinos que vagan entre las olas y a los indagadores del  
85 fondo del mar. Allí nos reunimos toda la muchedumbre, allí se acumu-  
laron las viandas, los lujosos lechos, la multitud de sirvientes y el séqui-  
to amabilísimo de la elegante Pola. Las puertas no pudieron acogernos  
y el estrecho templo no dio abasto. El dios se sonrojó y sonrió; se desli-  
90 zó en el alma de su querido Polio y abrazó al hombre con delicados bra-  
zos. Y le dijo:

—¿Eres tú quien, tan generoso con tus bienes, has enriquecido pro-  
fusamente las moradas de Dicarqueo y al mismo tiempo a la joven Par-  
ténope? ¿Tú el que has establecido tantos techos en mi monte, tantos  
verdes jardines, tantas estatuas de piedra y bronce que imitan rasgos hu-  
95 manos, tantas ceras que cobran vida gracias al pigmento añadido? ¿Pues  
qué eran ese edificio o el terreno antes de que se regocijaran de tenerte  
como dueño? Tú cubriste los yermos roquedales con un largo corredor  
y, donde antes sólo había una vereda, se alza ahora para ti un elevado  
pórtico de columnas multicolores, para que el recorrido no hastíe. Al  
100 borde de la curvada costa encerraste con doble techumbre a las ninfas  
cálidas. Apenas puedo enumerar tus obras. ¿Sólo conmigo es pobre e in-  
digente Polio? Y sin embargo frecuento alegre dicho hogar y amo la cos-  
ta que tú me haces accesible. Pero mi vecina Juno desprecia esta sede y  
105 se burla calladamente de mis umbrales. Dedicame un templo y un altar

da templum dignasque tuis conatibus aras,  
 quas puppes velis nolint transire secundis,  
 quo Pater aetherius mensisque accita deorum  
 turba et ab excelso veniat soror hospita templo. 110  
 nec te, quod solidus contra riget umbo maligni  
 montis et immenso non umquam exesus ab aevo,  
 terreat: ipse adero et conamina tanta iuvabo  
 asperaque invitae perfringam viscera terrae.  
 incipe et Herculeis fidens hortatibus aude.  
 non Amphioniae steterint velocius arces 115  
 Pergameusve labor». dixit mentemque relinquit.  
 nec mora cum scripta formatur imagine tela.  
 innumerae coiere manus: his caedere silvas  
 et levare trabes, illis immergere curae  
 fundamenta solo. coquitur pars umida terrae 120  
 protectura hiemes atque exclusura pruinas,  
 indomitusque silex curva fornace liquescit.  
 praecipuus sed enim labor est excindere dextra  
 oppositas rupes et saxa negantia ferro.  
 hic pater ipse loci positus Tirynthius armis 125  
 insudat validaque solum deforme bipenni,  
 cum grave nocturna caelum subtexitur umbra,  
 ipse fodit, ditesque Caprae viridesque resultant  
 Teleboae, et terris ingens redit aequoris echo.  
 non tam grande sonat motis incudibus Aetne 130  
 cum Brontes Steropesque ferit, nec maior ab antris  
 Lemniacis fragor est ubi flammeus aegida caelat  
 Mulciber et castis exornat Pallada donis.  
 decrescunt scopuli, et rosea sub luce reversi  
 artifices mirantur opus. vix annus anhelat 135  
 alter, et ingenti dives Tirynthius arce  
 despectat fluctus et iunctae tecta novercae  
 provocat et dignis invitat Pallada templis.  
 iam placidae dant signa tubae, iam fortibus ardens  
 fumat harena sacris. hos nec Pisaeus honores 140  
 Iuppiter aut Cirrhae pater aspernetur opacae.  
 nil his triste locis; cedat lacrimabilis Isthmos,

**111** exesus *M* (-s- add. supra *M*<sup>1</sup>) \* **117** cum scripta formatur i. tela *M*: conscripta formantur i. templa *Markland in textu* \* **119** trahes *M* (b corr. ex h *M*<sup>1</sup>) \* **121** protectura *M*; prius c *expunxit M*<sup>1</sup> \* **128** ditesque capre *M*: dites Capreae *Itali*, c \* **129** Teleboae *Turnebus ap. Klotz*: taurubulae *M*<sup>1</sup> \* **130** sonat *M*: tonat *malim*, cf. *Verg. Aen. III 571, VIII 419* \*

dignos de tus empresas, que las naves no quieran pasar de largo ni aun con vientos propicios; un santuario al que vengan a visitar, como invitados, el padre celestial, la multitud de invitados a la mesa de los dioses, y mi hermana, descendiendo de su elevado templo. Y no te espantes de que un peñasco macizo se alce amenazador en la montaña estéril, intacto a la erosión del tiempo infinito. Yo mismo compareceré, te ayudaré en tamaña empresa y desgarraré las ásperas entrañas de la tierra, a su pesar. Pon manos a la obra y atrévete, confiado en el aliento que te infunde Hércules. No se habrán de alzar antes las ciudadelas de Anfión o la construcción de Pérgamo.- Así dijo y abandonó su mente.

Sin demora se diseña el proyecto, dibujándolo sobre el lienzo. Innumerales manos se reunieron: unos talaban árboles y azolaban los troncos, otros hundían los cimientos en el suelo. Se cuece la parte húmeda de la tierra para proteger contra las tormentas y repeler las escarchas. La resistente piedra caliza se disgrega en el horno cóncavo. Pero la tarea principal es tallar a mano las rocas que estorban y las piedras resistentes al hierro. Entonces el propio patrón del lugar, el tirintio, suda tras depone sus armas y él mismo excava en el abrupto suelo con su potente hacha de dos hojas, mientras el cielo toma un aspecto opresivo al ser cubierto por las sombras de la noche. La rica Capri y los verdes parajes de los Teleboas resuenan y el eco retorna potente desde el mar a tierra. No es tan grande el estallido de los golpes sobre los yunques del Etna cuando Brontes y Estéropes martillean, no es mayor el fragor procedente de los antros de Lemnos, donde Mulcibero forja la égida entre llamas y equipa a Palas con castos dones. Los peñascos van disminuyendo; y, cuando regresan los obreros al despuntar el rosado alba, admiran el trabajo. Apenas regresa el siguiente verano cuando el tirintio, enriquecido con una grandiosa fortaleza, contempla desde lo alto el oleaje. Desafía la morada de su vecina madrastra e invita a Palas a un templo digno de ella. Ya las trompetas pacíficas dan su señal, ya humea la arena, ardiente con los festivales atléticos. Estos honores no los despreciarían ni el Júpiter de Pisa ni el patrón de la sombría Cirra. Nada hay triste en estos lugares; ceda el luctuoso Istmo y la atroz Nemea: aquí un niño más

cedat atrox Nemeae: litat hic felicior infans.  
 ipsae pumiceis virides Nereides antris  
 exsiliunt ultero, scopulis umentibus haerent, 145  
 nec pudet occulte nudas spectare palaestras.  
 spectat et Icario nemorosus palmitum Gaurus,  
 silvaque quae fixam pelago Nesida coronat,  
 et placidus Limon omenque Euploea carinis,  
 et Lucrina Venus, Phrygioque e vertice Graias 150  
 addisces, Misene, tubas, visitque benigna  
 Parthenope gentile sacrum nudosque virorum  
 certatus et parva suae simulacra coronae.  
 quin age et ipse libens proprii certaminis actus  
 invicta dignare manu; seu nubila disco 155  
 findere seu volucres Zephyros praecedere telo  
 seu tibi dulce manu liquidas nodare palaestras,  
 indulge sacris et, si tibi poma supersunt  
 Hesperidum, gremio venerabilisingere Pollae,  
 nam capit et tantum non degenerabit honorem. 160  
 quod si dulce decus viridesque resumeret annos,  
 (da veniam, Alcide) fors hic et pensa tulisses.  
 haec ego nascentes laetum bacchatus ad aras  
 libamenta tuli. nunc ipse in limine cerno  
 solventem voces et talia dicta ferentem: 165  
 -macte animis opibusque meos imitate labores,  
 qui rigidas rupes infecundaeque pudenda  
 naturae deserta domas et vertis in usum  
 lustra habitata feris foedeque latentia profers  
 numina! quae tibi nunc meritorum praemia solvam, 170  
 quas referam grates? Parcarum fila tenebo  
 extendamque colos (duram scio vincere Mortem),  
 avertam luctus et tristia damna vetabo  
 teque nihil laesum viridi renovabo senecta

144 pumiceis *Itali*, cf. *Theb.* X 574 : pumiceis *M* \* 145 umentibus *M* (signum aspirationis super prius u add. *M*<sup>1</sup>) : umentibus *Gronovius* c. 24, *Markland* 265a (in comm.) et in textu \* 149 Limon (hoc iam *Politianus* A) omenque *Guyet* ap. *Klotz* : limo numemque *M*; ultimi m ultimam hastiam expunxit *M*<sup>1</sup> \* 151 addisces *M* : adsciscis *Markland* 265b (in comm.) et in textu \* visitque scripsi : ridetque *M* \* 155 manu *M* : magis *Schrader*, fort. recte \* digna *M* : -re supra addidit *M*<sup>1</sup> \* 157 liquidas *Markland* 265b-6a (in comm.) et in textu; cf. *A.* II 155, II 440, *Claud. carm.* XVII 287 : libicas *M* \* nodare *M* : nu- *Itali* \* 158 indulge his sacris *M* : indulge his sacris *c*, def. *Markland* 266a coll. *Theb.* III 719 \* 160 degenerabit *M* : degener ambit *Gronovius* c. 26, def. *Markland* 266a-b \* 162 hic *M* : huic *Itali* \* 163 laetum *Markland* 267a (in comm.) et in textu : -us *M* \* 164 ipse *M* (quo servato, post limine interpunxerunt *Macnaghten* 134, *Courtney*) : -um *c* \* 174. 172. 173 litteris *c*, a, b praescriptis versusum ordinem restituit *M*<sup>1</sup> \*



afortunado oficia los sacrificios. Las mismas verdes Nereidas salen espontáneamente de sus grutas de roca, se encaraman a los mojados escollos y no les avergüenza contemplar a escondidas las competiciones atléticas. Asiste también como espectador Gauro, tupido con el follaje de la vid de Ícaro; el bosque que ciñe a Nesis, emplazada en el mar; el apacible Limon; Euplea, presagio propicio para las naves; y la Venus de Lucrino. Tú también, Miseno, desde tu promontorio frigio aprenderás el son de las trompetas griegas; y Parténope visita benévola los Juegos parientes, las competiciones atléticas de hombres y las humildes réplicas de su propia corona.

Ven pues y tú mismo dígnete en participar alegre con tu invencible mano en las pruebas de esta competición celebrada en tu honor. Sea que prefieras hendir las nubes con el disco o adelantar con la jabalina a los alados Céfiros o entrelazar con tu mano las aceitosas palestras, sé propicio a estos sagrados Juegos y, si te quedan manzanas de las Hespérides, ponlas en el regazo de la respetable Pola, pues las merece y no desdejará de tamaño honor. Pero si recuperara el dulce encanto de sus verdes años, quizá también en esta ocasión (con perdón, Alcida) habrías sufrido la labor de hilanza.

Esta fue la libación que ofrecí, con alegre entusiasmo, al altar que se inauguraba. Ahora veo con mis propios ojos al dios en el umbral, tomandó la palabra y diciendo así:

—¡Bravo por tu coraje y riqueza, tú que has emulado mis trabajos, que sometes las rígidas rocas y los yermos vergonzosos de una naturaleza estéril, que haces útiles las selvas habitadas por alimañas y sacas a la luz a dioses que permanecían ocultos indecorosamente! ¿Con qué recompensa corresponderé a tus méritos, qué agradecimiento te expresaré? Sujetaré los hilos de las Parcas y prolongaré la lana de la rueca (sé vencer a la dura Muerte). Apartaré el luto y prohibiré las tristes desgracias humanas; te remozaré incólume en una lozana ancianidad y te con-

concedamque diu iuvenem spectare nepotes, 175  
 donec et hic sponsae maturus et illa marito,  
 rursus et ex illis suboles nova grexque protervus  
 nunc umeris inreptet avi, nunc agmine blando  
 certatim placidae concurrat ad oscula Pollae.  
 nam templis numquam statuatur terminus aevi 180  
 dum me flammigeri portabit machina caeli.  
 nec mihi plus Nemeae priscumque habitabitur Argos  
 nec Tiburna domus solisque cubilia Gades».

sic ait, et tangens surgentem altaribus ignem  
 populeaque movens albentia tempora silva 185  
 et Styga et aetherii iuravit fulmina patris.

175 cederé que, joven durante mucho tiempo, contemples a tus nietos, hasta  
que él sea maduro para una esposa y ella para un marido y luego nazca  
de ellos nueva prole y el tropel atrevido se encarama unas veces a los  
hombros de su bisabuelo, otras, en delicado ejército, corra a porfía a los  
180 besos de la cariñosa Pola. Pues nunca se marcará un límite temporal a  
este templo mientras la máquina del cielo estrellado me transporte. Ya  
nunca más habitaré en Nemea o en la antigua Argos, ni en mi templo de  
Tíbur ni en Cádiz, lecho del sol.

Así dijo; y tocando la llama que se alzaba desde el altar y moviendo  
185 sus sienes, blanqueadas por el follaje de chopo, juró por la Estige y por  
los rayos de su padre celestial.

## II

### PROPEMPTICON MAECIO CELERI

«DI, quibus audaces amor est servare carinas  
 saevaque ventosi mulcere pericula ponti,  
 sternite molle fretum placidumque advertite votis  
 concilium et lenis non obstrepat unda precanti.  
 grande tuo rarumque damus, Neptune, profundo 5  
 depositum; iuvenis dubio committitur alto  
 Maecius atque animae partem super aequora nostrae  
 maiorem transferre parat. proferte benigna  
 sidera et antennae gemino considite cornu,  
 Oebalii fratres; vobis pontusque polusque 10  
 luceat; Iliacae longe nimbosa sororis  
 astra fugate, precor, totoque excludite caelo.  
 vos quoque, caeruleum Phorci, Nereides, agmen,  
 quis honor et regni cessit fortuna secundi  
 (dicere quae magni fas sit mihi sidera ponti), 15  
 surgite de vitreis spumosa Doridos antris  
 Baianosque sinus et feta tepentibus undis  
 litora tranquillo certatim ambite natatu,  
 quaerentes ubi celsa ratis, quam scandere gaudet  
 nobilis Ausoniae Celer armipotentis alumnus. 20  
 nec quaerenda diu: modo nam trans aequora terris  
 prima Dicarcheis Pharium gravis intulit annum,  
 prima salutavit Capreas et margine dextro  
 sparsit Tyrrhenae Mareotica vina Minervae.  
 huius utrumque latus molli praecingite gyro 25  
 partitaeque vices vos stuppea tendite mali  
 vincula, vos summis adnectite sipara velis,  
 vos Zephyris aperite sinus, pars transtra reponat,  
 pars demittat aquis curvae moderamina puppis,  
 sint quibus †explorent primos gravis arte molorchos† 30

#### II tit. PROPEMPTICON MAECIO CELERI M

4 lenis *Itali*: levis *M*\* 13 Phorci *Krohn*: ponti *M*\* 15 quae *M*: quas *Heinsius*\* 19 quam *Barth*,  
*Heinsius*: qua *M*\* 24 vina *Itali*: viva *M*\* 30 locus desperatus explorent (-et *Itali*, c) primos gravis  
 arte molorchos *M* (molorchos *ex III* 1, 29): -et lino g. alta molybdis *Gronovius* c. 26: -et primos  
 g. artemo lembos *Vollmer* 1896 39 (primas... barcas *Klotz*): -et rupes g. arte molybdis *Markland*  
 268b-9 (*in comm.*) et *in textu*: -et remos g. arte molybdos *Krohn*: -et primos g. artemo flatus (co-

## II

### POEMA DE DESPEDIDA A MECIO CÉLER

«Dioses cuyo deseo es salvar los audaces navíos y amainar los crueles peligros del ventoso ponto, alisad suavemente el mar y haced vuestra asamblea plácida a mis plegarias; y que, ante mi ruego, el oleaje,  
5 apaciguado, no alborote. Una prenda grande y preciada encomiendo a tus profundidades, Neptuno. El joven Mecio se confía al incierto océano y se dispone a transportar por las llanuras del mar la mayor parte de mi alma. Mostrad astros propicios y situáos sobre ambos extremos de la  
10 verga, hermanos ebalios. Que se ilumine con vosotros el mar y el cielo. Ahuyentad lejos la borrascosa estrella de vuestra hermana iliaca, lo suplico, y expulsadla de toda la extensión del cielo. También vosotras, Nereidas, azulado ejército de Forcis, a quienes cayó en suerte el honor y la  
15 fortuna del segundo reino (permítaseme llamaros astros del inmenso ponto), emerged de las cristalinas grutas de la espumosa Dóride y ceñid a porfía con vuestro plácido nado la bahía de Bayas y su costa preñada de aguas termales, buscando dónde está varada la majestuosa nave en  
20 que se dispone a embarcar Céler, ilustre hijo de Ausonia, poderosa con las armas. No será larga la búsqueda, pues hace poco fue la primera nave que, surcando los mares, trajo su cargamento de la cosecha egipcia a las tierras dicarqueas, la primera que saludó a Capri y derramó por el flanco de estribor una libación de vino mareótico a la Minerva tirrena.  
25 Ceñid sus dos costados con un ágil círculo. Tras repartiros las tareas, izad vosotras del mástil las maromas de estopa, colgad vosotras las insignias en lo alto de las velas, desplegad vosotras el velamen a los Céfitos. Que una parte de vosotras repare los bancos, que otra parte sumerja en las aguas el timón de la curva popa. Que algunas examinen  
30 [el estado de los remos...]. Que otras amarren el bote salvavidas a la po-

quaeque secuturam religens post terga phaselon  
 uncaque summersae penitus retinacula vellant.  
 temperet haec aestus pelagusque inclinet ad ortus,  
 officio careat glaucarum nulla sororum.  
 hinc multo Proteus geminoque hinc corpore Triton 35  
 praenatet et subitis qui perdidit inguina monstris  
 Glaucus, adhuc patriis quotiens adlabitur oris  
 litoream blanda feriens Anthedona cauda.  
 tu tamen ante omnes diva cum matre, Palaemon,  
 annue, si vestras amor est mihi pandere Thebas 40  
 nec cano degeneri Phoebeum Amphiona plectro.  
 et pater Aeolio frangit qui carcere ventos,  
 cui varii flatus omnisque per aequora mundi  
 spiritus atque hiemes nimbosaque nubila parent,  
 artius obiecto Borean Eurumque Notumque 45  
 monte premat: soli Zephyro sit copia caeli,  
 solus agat puppes summasque supernatet undas  
 adsiduus pelago, donec tua turbine nullo  
 laesa Paraetoniis adsignet carbasa ripis».

audimur. vocat ipse ratem nautasque morantes 50  
 increpat. ecce meum timido iam frigore pectus  
 labitur et nequeo, quamvis movet ominis horror,  
 claudere suspensos oculorum in margine fletus.  
 iamque ratem terris divisit fune soluto  
 navita et angustum deiecit in aequora pontem. 55  
 saevus <et> e puppi longo clamore magister  
 dissipat amplexus atque oscula fida revellit,  
 nec longum cara licet in cervice morari.  
 attamen in terras e plebe novissimus omni  
 ibo, nec egrediar nisi iam <currente> carina. 60  
 quis rude et abscissum miseris animantibus aequor  
 fecit iter, solidaeque pios telluris alumnos  
 expulit in fluctus pelagoque immisit hianti,  
 audax ingenii? nec enim temeraria virtus  
 illa magis, summae gelidum quae Pelion Ossae 65  
 iunxit anhelantemque iugis bis pressit Olympum.

ros *Wiman* 9) *Marastoni* : -ent remos libramina longos *temptabat Courtney* 1988 44 : *alii alia* \*  
 37 Glaucus *Itali* : -as *M* \* 43 mundi *M* : ponti *Heinsius ad Val. Fl. I 501* \* 49 laesa *Heinsius* : laeta  
*M* \* 52 movet *M* : monet *b, Lidenbrog, Gronovius c. 26* \* 55 angustum *Itali* : au- *M* \* 56 et e *Itali*,  
*Politianus A ut vid. (et om. M)* \* 60 currente *Politianus A, om. M nullo spatio relicto* : cedente *Itali*  
 : labente *Traglia* \* 61 abscissum *Itali (cf. Hor. carn. I 3, 21)* : abscissum *M, Courtney, sic laudat*  
*Heinsius ad Val. Fl. I 827* \* 63 hianti *Itali* : -es *M* \* 66 bis pressit *M* : ter pressit *Waller 25 (cf. Verg.*  
*georg. I 281)* : impressit *Markland 271b in comm.* \*

pa, para que siga a la nave. Leven otras la ganchuda ancla, sumergiéndose en las profundidades. Calme ésta el oleaje e incline el piélagos hacia levante. Que ninguna de las verdes hermanas esté libre de quehacer. Que el multiforme Proteo escolte con su nado un flanco del navío y el biforme Tritón el otro; y Glauco, el que súbitamente perdió la parte inferior de su cuerpo para verla convertida en pez y que aún hoy, cada vez que arriba a su costa natal, golpea con cola ondulante la costera Antedón. Pero tú por encima de todos, Palemon con tu divina madre, sé propicio, si es mi deseo cantar la historia de Tebas, vuestra patria, y si canto a Anfion, discípulo de Febo, con un plectro digno de vosotros. Y el padre que doblega a los vientos en una prisión eolia, a quien obedecen los volubles soplos, cada brisa que surca los mares del mundo, las tempestades y las lluviosas nubes, que aprisione estrechamente al Bóreas, al Euro y al Noto, interponiéndoles un monte; concédase sólo al Céfiro venia sobre el cielo. Que sólo éste impulse a la naves y corra sin cese sobre el mar a flor de agua, hasta que deposite tu velamen, inmune a toda tormenta, en las riberas paretonias».

50 Soy oído. El Céfiro mismo insta a la nave e increpa a los marineros que se demoran. ¡He aquí que mi pecho desfallece víctima de un helado terror y no puedo, aunque el horror del mal augurio me conmueve, retener las lágrimas que cuelgan del borde de mis ojos! Y ya, tras soltar amarras, el marinero separa el navío de la tierra y arroja la estrecha pasarela al agua. El cruel capitán, desde popa, separa con un largo grito los abrazos, arranca los besos afectuosos y no es posible detenerse en el abrazo al cuello querido. Sin embargo, yo seré el último de todo el gentío en saltar a tierra, y no me retiraré a no ser cuando la nave esté ya en  
60 marcha.

¿Quién abrió una ruta por el mar virgen y fuera del alcance de los desgraciados mortales, quién exiló hacia las olas a los piadosos hijos de la tierra firme y los arrojó al voraz piélagos, con audaz inventiva? Pues no  
65 fue más temerario aquel valor que apiló el helado Pelión sobre el Osa y oprimió con dos montes el jadeante Olimpo. ¿Hasta tal punto parecía

usque adeone parum lentas transire paludes  
 stagnaque et angustis summittere pontibus amnes?  
 imus in abruptum gentilesque undique terras  
 exigua fugimus clausi trabe et aëre nudo. 70  
 inde furor ventis indignataeque procellae  
 et caeli fremitus et fulmina plura Tonanti.  
 ante rates pigro torpebant aequora somno  
 nec spumare Thetis nec spargere nubila fluctus  
 gaudebant. visis tumuerunt puppibus undae, 75  
 inque hominem surrexit hiems. tunc nubila Plias  
 Oleniumque pecus, solito tunc peior Orion.  
 iusta queror. fugit ecce vagas ratis acta per undas  
 paulatim minor et longe servantia vincit  
 lumina, tot gracili ligno complexa timores 80  
 teque super reliquos, te, nostri pignus amoris  
 portatura, Celer. quo nunc ego pectore somnos  
 quove queam perferre dies? quis cuncta paventi  
 nuntius, an facili te praetermiserit unda  
 Lucani rabida ora maris, num torta Charybdis 85  
 fluctuet aut Siculi populatrix virgo profundi,  
 quos tibi currenti praiceps gerat Hadria mores,  
 quae pax Carpathio, quali te subvehat aura  
 Doris Agenorei furtis blandita iuveni?  
 sed merui questus. quid enim te castra petente 90  
 non vel ad ignotos ibam comes impiger Indos  
 Cimmeriumque chaos? starem prope bellica regis  
 signa mei, seu tela manu seu frena teneres,  
 armatis seu iura dares; operumque tuorum,  
 etsi non socius, certe mirator adessem. 95  
 si quondam magno Phoenix reverendus Achilli  
 litus ad Iliacum Thymbraeaeque Pergama venit  
 imbellis tumidoque nihil iuratus Atridae,  
 cur nobis ignavus amor? sed pectore fido  
 numquam abero longisque sequar tua carbasa votis. 100  
 «Isi, Phoroneis olim stabulata sub antris,

68 angustis Koch 15 (*damnavit Klotz in app. sed vide 55*): augustos *M*: angustos *Itali* \* 70 exigua fugimus *Pbillimore*, *praesens desiderans* (*ut 69 imus*): fugimus exigua *M*, *praeter metrum nisi fugimus praeteritum esse concedas*: linquimus exigua *Slater 139* \* 75 gaudebant *Markland 272a in comm.*: audebant *M* \* 80 gracili *M*: fragili *Heinsius ad Ov. Pont. I 10, 39* \* 81 teque *Markland in textu et 272a-b (in comm.)*: quaque *M*: quaeque *c*: quemque *Postgate 1905 126*: quique *Ziehen 647* \* 82 portatura *M*: portat dura *Leo 22, Klotz* \* 82-83 quo... quove *Rosberg 143*: quos... quosve *M* \* 84 facili *c*: -is *M* \* 101 ante Isi *virgulas interp. Ramírez de Verger coll. Ov. am. II 13, 7-28 et met. IX 773-81* \*



poco cruzar los pantanos entorpecedores y los estanques, y someter los ríos con estrechos puentes? Nos precipitamos al abismo y abandonamos por doquier nuestros suelos patrios, aprisionados entre un leño minúsculo y la pura intemperie. Enseguida surge la locura de los vientos, las tempestades indignadas, el rugido del cielo y más rayos del Tronador. Antes de la existencia de las naves las llanuras del mar languidecían en indolente sueño, Tetis no se regocijaba en formar espuma ni las olas en salpicar a las nubes. A la vista de las naves las olas se hincharon y la tempestad se levantó contra el hombre. Entonces la nubosa Pléyade y el rebaño de Óleno, entonces Orión fueron más violentos que de costumbre.

Con razón me quejo. Mirad cómo la nave parte al destierro impulsada entre estas olas, cada vez más pequeña, y vence a los ojos que la vigilan de lejos, abrazando con su flaco leño tan gran objeto de mis cuitas; la nave que, por encima de todos, te va a llevar a ti, Céler, a ti, prenda de mi amor. ¿Con qué ánimo puedo yo ahora aguantar las noches de sueño, con qué ánimo los días? ¿Quién informará a quien todo teme si la costa rabiosa de Lucania te ha franqueado el paso con ola fácil, si la arremolinada Caribdis levanta oleaje o la depredadora joven del mar de Sicilia, cómo se comporta contigo el tormentoso Adriático mientras navegas, si el mar del Cápatos está tranquilo, con qué brisa te transporta Dóride, halagada por los devaneos amorosos del novillo de Agénor?

Pero tengo merecidas estas quejas. ¿Pues por qué, mientras tú marchabas al ejército, no te acompañaba yo decidido incluso hasta los desconocidos indos o hasta el Caos címerio? Permanecería junto a los estandartes guerreros de mi rey, tanto si blandieras las jabalinas o sujetaras las riendas como si repartieras ordenanzas entre los soldados; y estaría presente, si no como colaborador de tus empresas, sí al menos como admirador. Si una vez Fénix, respetado por el gran Aquiles, llegó al litoral iliaco y a Pérgamo de Timbra, aunque fuera de natural pacífico y no estuviera ligado por un juramento al soberbio Atrida, ¿por qué mi amor es perezoso? De todas formas, nunca estaré lejos de ti en mi fiel sentimiento y a distancia te seguiré con mis plegarias.

«Isis, que antaño viviste en los establos de las grutas foroneas, ahora

nunc regina Phari numenque Orientis anhelī,  
 excipe multisono puppē Mareotida sistro  
 ac iuvenem egregium, Latius cui ductor Eoa  
 signa Palaestinasque dedit frenare cohortes, 105  
 ipsa manu placida per limina festa sacrosque  
 duc portus urbesque tuas. te praeside noscat  
 unde paludosi fecunda licentia Nili,  
 cur vada desidant et ripa coerceat undas  
 Cecropio stagnata luto, cur invida Memphis 110  
 curve Therapnaei lasciviat ora Canopi,  
 cur servet Pharias Lethaeus ianitor aras,  
 vilia cur magnos aequent animalia divos,  
 quae sibi praesternat vivax altaria Phoenix,  
 quos dignetur agros aut quo se gurgite Nili 115  
 mergat adoratus trepidis pastoribus Apis.  
 duc et ad Emathios manes, ubi belliger urbis  
 conditor Hyblaeo perfusus nectare durat,  
 anguiferamque domum, blando qua mersa veneno  
 Actias Ausonias fugit Cleopatra catenas. 120  
 usque et in Assyrias sedes mandataque castra  
 prosequere et Marti iuvenem, dea, trade Latino.  
 nec novus hospes erit: puer his sudavit in arvis  
 notus adhuc tantum maioris lumine clavi,  
 iam tamen et turmas facili praevertere gyro 125  
 fortis et Eoas iaculo damnare sagittas».

ergo erit illa dies, qua te maiora daturus  
 Caesar ab emerito iubeat discedere bello,  
 at nos hoc iterum stantes in litore vastos  
 cernemus fluctus aliasque rogabimus auras. 130  
 o tum quantus ego aut quanta votiva movebo  
 plectra lyra, cum me magna cervice ligatum  
 attolles umeris atque in mea pectora primum  
 incumbes e puppe novus, servataque reddes  
 colloquia inque vicem medios narrabimus annos. 135  
 tu rapidum Euphraten et regia Bactra sacrasque

109 coerceat *Itali* : -ent *M* \* 110 stagnata *M* : signata *a*, *Markland in textu et 273b (in comm.)* \*  
 119 mersa veneno *M* : morsa veneno *Heinsius ad Ov. Pont. I 10, 39* : mersa veterno *Markland*  
 274a-b *in comm.* \* 123 arvis *Itali (cf. V 2, 134)* : armis *M* \* 124 lumine *Nobl ap. Klotz coll. IV 5,*  
 42 : numine *M* \* 126 post sagittas *virgulas interp. Ramírez de Verger coll. Ov. am. II 13, 7-28 et*  
*met. IX 773-81* \* 129 vastos *M* : versos *Markland in textu et 274b-5a (in comm.)* \* 130 post auras  
 signum *interrogationis pos. edd. nonnulli* \* 135-4 ordinem restituit *M*<sup>1</sup> litteris b et a *praescriptis* \*

reina de Faros y divinidad del tórrido Oriente, acoge con tu polifónico  
sistro a la nave mareótica y a este ilustre varón a quien el emperador ro-  
mano ha encomendado los estandartes de Oriente y el mando sobre las  
105 cohortes palestinas. Llévalo tú misma con mano acogedora por templos  
de fiesta, por tus puertos sagrados y por tus ciudades. Que bajo tu guía  
sepa la causa del fértil desbordamiento del pantanoso Nilo, por qué las  
aguas bajan y la orilla inundada contiene la corriente gracias al guano  
110 del ave cecropia, por qué Menfis siente envidia o por qué la costa del  
terapneo Canopo se abandona a la lujuria, por qué el portero del Lete  
custodia los altares egipcios, por qué viles animales se equiparan con  
los grandes dioses, qué altares se consagran a la longeva ave Fénix, qué  
115 campos juzga dignos de sí Apis, adorado por medrosos pastores, o en  
qué caudal del Nilo se sumerge. Condúcelo a la tumba en Ematia donde  
se conserva el beligerante fundador de la ciudad, embadurnado con  
néctar de Hibla, y al palacio infestado de serpientes, donde Cleopatra,  
120 empapada en dulce veneno, eludió las cadenas ausonias tras la derrota  
de Accio. Acompáñalo, diosa, hasta su destino en Siria y al campamento  
que se le ha encomendado, y devuélvelo joven a la milicia latina. No se-  
rá un visitante nuevo: siendo un muchacho sudó en estos campos,  
cuando sólo estaba distinguido con el brillo del laticlavo, ya sin embar-  
125 go diestro en adelantar a los escuadrones con hábil giro y en desacreditar  
los dardos del Oriente con su jabalina.

Llegará un día, pues, en que César, para darte una responsabilidad  
mayor, te hará regresar, emérito, de la guerra. Yo, por mi parte, vigilante  
130 de nuevo en esta costa, otearé las solitarias olas y suplicaré una brisa de  
sentido contrario. ¡Oh, con qué orgullo entonaré yo entonces cantos vo-  
tivos con mi lira, cuando a mí, colgado de tu fuerte cuello, me cargues  
en tus hombros y sea mi pecho el primero que te lances a abrazar recién  
apeado de la nave, y reanudes la conversación dejada en suspenso y  
135 nos contemos por turnos los años transcurridos! Tú me hablarás del rá-

antiquae Babylonis opes et Zeugma, Latinae  
 pacis iter, qua dulce nemus florentis Idymes,  
 quo pretiosa Tyros rubeat, quo purpura fuco  
 Sidoniis iterata cadis, ubi germine primum  
 candida felices sudent opobalsama virgae.  
 ast ego, devictis dederim quae busta Pelasgis  
 quaeve laboratas claudat mihi pagina Thebas.

140

**137** Babilonis *M* : -onos *Courtney in app. (cf. V 1, 60)* \* **139** quo... quo *Gronovius c. 34* : qua...  
 qua *M* \* fuco *Heinsius ad Claud. In Rufin. I 207, Gronovius, cf. clausulam purpura fuco in Catull.*  
*LXIV 49* : suco *M* \* **140** cadis *Gronovius c. 34* : vadis *M* : bafis *Frère-Izaac* \* **142** busta *M* : iusta  
*Heinsius ad Ov. trist. IV 10, 80*

vido Éufrates, de la real Bactra, de las riquezas sagradas de la antigua Babilonia y de Zeugma, cabeza de puente de la *Pax Romana*, dónde se alza el bosque de Idumea de dulce floración, con qué tinte enrojece el  
140 preciado tejido de Tiro o la púrpura, doblemente bañada en barreños de Sidón, en qué lugar ramas fértiles empiezan a destilar desde sus brotes un bálsamo puro. Yo, por mi parte, te contaré qué exequias habré dado a los pelagos vencidos y qué página pone fin a la labor de mi *Tebaida*.

### III

## CONSOLATIO AD CLAUDIUM ETRUSCUM

SUMMA deum, Pietas, cuius gratissima caelo  
rara profanatas inspectant numina terras,  
huc vittata comam niveoque insignis amictu,  
qualis adhuc praesens nullaque expulsa nocentum  
fraude rudes populos atque aurea regna colebas, 5  
mitibus exsequiis ades et lugentis Etrusci  
cerne pios fletus laudataque lumina terge.  
nam quis inexpleto rumpentem pectora questu  
complexumque rogos incumbentemque favillis  
aspiciens non aut primaevae funera plangi 10  
coniugis aut nati modo pubescentia credat  
ora rapi flammis? pater est qui fletur. adeste  
dique hominesque sacris. procul hinc, procul ite, nocentes,  
si cui corde nefas tacitum fessique senectus  
longa patris, si quis pulsatae conscius umbram 15  
matris et inferna rigidum timet Aeacon urna:  
insontes castosque voco. tenet ecce seniles  
leniter implicitus vultus sanctamque parentis  
canitiem spargit lacrimis animaeque supremum  
frigus amat; celeres genitoris filius annos 20  
(mira fides!) nigrasque putat properasse Sorores.  
exsultent placidi Lethaea ad flumina manes,  
Elysiae gaudete domus, date sarta per aras,  
festaque pallentes hilarent altaria lucos!  
felix heu, nimium felix plorataque nato 25  
umbra venit! longe Furiarum sibila, longe  
tergeminus custos, penitus via longa patescat  
manibus egregiis! eat horrendumque silentis  
accedat domini solium gratesque supremas  
perferat et totidem iuveni roget anxius annos. 30

#### III tit. CONSOLACIO AD CLAUDIUM ETRUSCUM M

**15** umbram *Markland* 276a-b (cf. *Alcestis Barcinonensis* 99): unquam *M*: anguem *Postgate* 1905 127\* **18** implicitus *vel -os Itali*, *def. Damsté* 161 et *H. Mueller*, "Studia Statiana" 13: -or *M*\* **25** heu *c* (cf. *II* 7, 24, *Verg. Aen. IV* 657): et *M*\*

### III

## POEMA DE CONSUELO A CLAUDIO ETRUSCO

Piedad, la más grande de los dioses, cuya divinidad, gratísima al cielo, rara vez visita estas tierras profanadas, aquí, con tu cabello ceñido con cintas y engalanada con un níveo manto, tal como, todavía presente y no expulsada por la iniquidad de los criminales solías habitar entre los  
5 pueblos primitivos de la Edad de Oro, ven a estas exequias enternecedoras, contempla el piadoso llanto del doliente Etrusco y enjuga sus loados ojos. ¿Pues quién, al verlo desgarrándose el pecho con un llanto desmedido, abrazando la pira y recostándose sobre las cenizas, no pensaría que lamenta la muerte de su esposa, muerta en la flor de la edad,  
10 o que devoran las llamas el rostro de un hijo recién entrado en la pubertad? Es su padre por quien se llora. Asistid, dioses y hombres, a esta ceremonia. Fuera de aquí, fuera iros, criminales, cualquiera que alberga secretamente en su corazón un delito sacrílego, cualquiera a quien parece demasiado larga la vejez de su anciano padre, o quienes  
15 temen al fantasma de su madre, por el remordimiento de haberla golpeado, y al inflexible Éaco con su urna infernal. A hombres inocentes y puros invito. Mirad cómo sostiene delicadamente el anciano rostro que abraza, cómo inunda de lágrimas las sagradas canas de su progenitor y besa el frío postrero de su hálito; el hijo juzga fugaces los años de su padre (¡extraordinaria lealtad!) y que las negras Hermanas se han precipitado.

¡Regocíjense los plácidos espectros junto a las corrientes del Lete; alegraos, moradas del Elísio, esparcid guirnaldas sobre las aras; que vuestros altares, engalanados, animen la palidez de los bosques! ¡Feliz,  
25 ah, demasiado feliz y llorada por su hijo es la sombra que llega a vosotros! ¡Lejos, silbidos de las Furias; lejos, guardián de tres cabezas! ¡Que el largo camino a las profundidades dé paso a las almas ilustres! ¡Que avance él y comparezca ante el trono del Señor de pavoroso silencio, que le exprese su postrero agradecimiento y le suplique preocupado  
30 igual número de años para su hijo!

macte pio gemitu! dabimus solacia digna  
 luctibus Aoniasque tuo sacrabimus ultro  
 inferias, Etrusce, seni! tu largus Eoa  
 germina, tu messes Cilicumque Arabumque superbas  
 merge rogis; ferat ignis opes heredis et alto 35  
 aggere missuri nitido pia nubila caelo  
 stipentur census. nos non arsura feremus  
 munera, venturosque tuus durabit in annos  
 me monstrante dolor. neque enim mihi flere parentem  
 ignotum; similis gemui proiectus ad ignem. 40  
 ille mihi tua damna dies compescere cantu  
 suadet et ipse tuli quos nunc tibi confero questus.  
 non tibi clara quidem, senior placidissime, gentis  
 linea nec proavis demissum stemma sed ingens 45  
 supplevit fortuna genus culpamque parentum  
 occuluit. nec enim dominos de plebe tulisti,  
 sed quibus occasus pariter famulantur et ortus.  
 nec pudor iste tibi: quid enim terrisque poloque  
 parendi sine lege manet? vice cuncta reguntur  
 alternisque regunt. propriis sub regibus omnis 50  
 terra; premit felix regum diademata Roma;  
 hanc ducibus frenare datum; mox crescit in illos  
 imperium superis; sed habent et numina legem:  
 servit et astrorum velox chorus et vaga servit  
 luna, nec iniussi totiens redit orbita solis. 55  
 et (modo si fas est aequare iacentia summis)  
 pertulit et saevi Tiryntius horrida regis  
 pacta, nec erubuit famulantis fistula Phoebi.  
 sed neque barbaricis Latio transmissus ab oris:  
 Smyrna tibi gentile solum potusque verendo 60  
 fonte Meles Hermique vadum, quo Lydius intrat  
 Bacchus et aurato reficit sua cornua limo.  
 laeta dehinc series variisque ex ordine curis  
 auctus honos. semperque gradi prope numina, semper  
 Caesareum coluisse latus sacrisque deorum 65  
 arcanis haerere datum. Tibereia primum  
 aula tibi vixdum ora nova mutante iuventa  
 panditur (hic annis magna super indole victis

31 digna *scripsi*: -is *M*, *edd.* \* 37 census *Saenger*, *Housman ap. Courtney* (cf. *Il* 1, 163): cineres *M* \* 40 gemui *Politianus A*: gemini *M* \* 49 reguntur *Meursius* (cf. *Laus I: ...nis* 125): ger- *M* \* 50 regunt *Markland 277b* (in *comm.*) et in *textu*: premunt *M* \* 55 iniussi... solis *Markland 278a* (in *comm.*) et in *textu*: -ae... lucis *M*: -ae... luci *Marastoni* \* 64 gradi *Meursius*: -u *M*: -us *Peyraredus*, *def. Håkanson 1973 75* \* 68 magna *Markland 279a* (in *comm.*): multa *M* \*



¡Bravo por tu piadoso llanto! Yo compondré un poema de consola-  
ción digno de tu duelo e incluso tributaré una ofrenda eonia a tu ancia-  
no padre, Etrusco. Tú sé generoso en esparcir especias de Oriente sobre  
la pira, soberbias cosechas de Cilicia y Arabia; que el fuego consuma las  
35 riquezas del heredero y que tu fortuna se acumule sobre el túmulo para  
proyectar nubes de piedad filial hasta el brillante cielo. Yo aportaré una  
ofrenda que no arderá y, con mi mediación, el recuerdo de tu dolor per-  
durará durante los años venideros. Pues no me es ajeno el llanto por un  
40 padre. También yo me lamenté postrado como tú ante la pira. El recuer-  
do de aquel día me invita a acallar tu desgracia con mi canto. El lamento  
que ahora te ofrezco fue un día mi propio lamento.

No fue ilustre, es verdad, placidísimo anciano, la línea de tu estirpe,  
ni tu árbol genealógico se remonta a ancestros lejanos, pero tu enorme  
45 fortuna compensó tu linaje y ocultó la bajeza de tus padres. Pues no su-  
friste dueños del común de la plebe, sino aquéllos a quienes se someten  
conjuntamente el Oriente y el Occidente. No sea ello motivo de ver-  
güenza para ti: pues ¿qué hay en la tierra o el cielo que no esté sujeto a  
la ley de la obediencia? Todos los seres reciben órdenes y, a su vez, go-  
50 biernan sobre otros. Cada tierra tiene su rey respectivo; la poderosa Ro-  
ma subyuga las coronas de los soberanos; a los emperadores se ha  
concedido el derecho de tener las riendas de Roma; luego sobre ellos se  
alza el poder de los dioses; pero incluso las divinidades tienen su ley: el  
coro veloz de los astros obedece, la errabunda luna obedece, y no traza  
55 el sol su órbita tantas veces sin haber sido ordenado. Y, si se me permite  
equiparar lo humilde con lo excelso, también el tirintio sufrió duras im-  
posiciones de un cruel rey, y no se avergonzó Febo de tocar la zampoña  
como un esclavo.

Pero no llegaste al Lacio procedente de costas bárbaras. Esmirna fue  
60 tu tierra natal y has bebido la venerable fuente del Melete y la corriente  
del Hermo, donde el lidio Baco se sumerge y renueva sus cuernos con  
aurífero lodo. Después iniciaste una próspera carrera y tu dignidad se  
ha incrementado con la asignación sucesiva de diferentes cargos. Y  
siempre te fue dado caminar a la vera de divinidades, siempre escoltar  
65 el costado del emperador y asistir de cerca a los sagrados misterios de  
los dioses. La corte de Tiberio fue la primera en abrirte sus puertas,  
cuando la pubertad apenas había sombreado tu rostro (se te ofreció en-  
tonces la libertad, pues tus meritorias cualidades vencían tu juventud), y

libertas oblata venit) nec proximus heres,  
 immitis quamquam et Furiis agitatus, abegit. 70  
 hinc et in Arctos tenuis comes usque pruinas  
 terribilem affatu passus visuque tyrannum  
 immanemque suis, ut qui metuenda ferarum  
 corda domant mersaque iubent iam sanguine tacto  
 reddere ab ore manus et nulla vivere praeda. 75  
 praecipuos sed enim merito surrexit in actus  
 nondum stelligerum senior demissus in axem  
 Claudius et diro transmisit habere nepoti.  
 quis superos metuens pariter tot templa, tot aras  
 promeruisse datur? summi Iovis aliger Arcas 80  
 nuntius; imbrifera potitur Thaumantide Iuno;  
 stat celer obsequio iussa ad Neptunia Triton.  
 tu totiens mutata ducum iuga rite tulisti  
 integer, inque omni felix tua cumba profundo.  
 iamque piam lux alta domum praecelsaque toto 85  
 intravit Fortuna gradu; iam creditur uni  
 sanctarum digestus opum partaeque per omnis  
 divitiae populos magnique impendia mundi.  
 quicquid ab auriferis eiecat Hiberia fossis,  
 Dalmatico quod monte nitet, quod messibus Afris 90  
 verritur, aestiferi quicquid terit area Nili  
 quodque legit mersus pelagi scrutator Eoi  
 et Lacedaemonii pecuaria culta Galesi  
 perspicuaeque nives Massylaque roborata et Indi  
 dentis honos: uni parent commissa ministro, 95  
 quae Boreas quaeque Eurus atrox, quae nubilus Auster  
 invehit: hibernos citius numeraveris imbres  
 silvarumque comas. vigil iste animique sagacis  
 excitus evolvit quantum Romana sub omni  
 pila die quantumque tribus, quid templa, quid alti 100  
 undarum cursus, quid propugnacula poscant  
 aequoris aut longe series porrecta viarum;  
 quod domini celsis niteat laquearibus aurum,  
 quae divum in vultus igni formanda liquescat

71 huic *Politianus A* : hinc *M* \* 77 demissus *M* : di- *Gronovius c. 30* \* 78 diro *scripsi* : longo *M* :  
 torvo *vel* vero *temptabat Markland 281a* : fratris *Courtney 1984 337* \* nepoti *M* : Neroni *Markland*  
*280b (in comm.) et in textu* \* transmisit *Markland 280b (in comm.) et in textu* : transmittit *M* \* 79  
 superos metuens *M* : superum metuens *Lottich 12* : superum famulus *Markland 281a (in comm.)*  
 : superum famulans *Courtney in app. \* 98* iste *b* : ite *M* \* animi *Itali* animae *M* \* 99 excitus *a* : exitus  
*M* : et citus *Salmasius* \* evolvit *M* : evolvis *Salmasius apud Gronovius, Flenchus Antidiatribes* :

70 su inmediato sucesor, aunque cruel y atormentado por las Furias, no  
prescindió de ti. A éste lo acompañaste como humilde miembro de su  
séquito hasta las escarchas de la Osa, soportando a un tirano terrible de  
palabra y aspecto, intransigente con sus súbditos, igual que quienes do-  
man los temibles instintos de las fieras y las obligan a devolver las ma-  
nos introducidas en sus fauces, tras haber gustado la sangre, y a vivir de  
75 alimentos no conseguidos como presa. Pero, por tus méritos, Claudio te  
elevó a funciones preeminentes, antes de que, revejido, cayera al cielo  
estrellado y te dejara en posesión de su cruel descendiente. ¿Qué mortal  
temeroso de los dioses ha logrado hacerse merecedor de servir tantos  
templos, tantos altares como tú? El alado dios arcadio es el mensajero  
80 del supremo Júpiter; Juno ejerce su poder sobre la hija de Taumante,  
portadora de lluvia; Tritón hace guardia, presto a obedecer las órdenes  
de Neptuno. Tú sin sufrir menoscabo has soportado religiosamente un  
yugo de emperadores, sujeto a cambios tantas veces, y tu barca ha na-  
vegado felizmente en todo tipo de profundidades.

85 Y ya la luz alta y una excelsa Fortuna entró en tu leal casa con paso  
franco. Ya se confía a ti solo la administración de los tesoros sagrados,  
de las riquezas producidas en todas las naciones y de los impuestos del  
inmenso mundo. Lo que arroja Iberia de sus minas de oro, lo que bri-  
90 lla en los montes de Dalmacia, lo que se barre en las mieses de África,  
lo que trilla la era del tórrido Nilo, lo que recoge el buzo escudriñador  
del piélago oriental, el ganado criado en el Galeso lacedemonio, las nie-  
ves transparentes, la madera de Masilia y la gala del colmillo indio. A ti  
95 como único administrador están confiados y obedecen cuantos produc-  
tos envía el Bóreas, el violento Euro o el nuboso Austro: antes podrían  
contarse las lluvias invernales o las hojas de los bosques. Él, enardecido  
por su talante atento y sagaz, administra las necesidades del ejército ro-  
mano en cada momento, las de las tribus, los templos, las elevadas con-  
100 ducciones de agua, los diques ribereños y el largo trazado de las  
calzadas; el oro que reluce en los altos artesonados del emperador, la  
cantidad de metal que se funde para moldear a fuego las efigies de

massa, quid Ausoniae scriptum crepet igne Monetae. 105  
 hinc tibi rara quies animoque exclusa voluptas,  
 exiguaeque dapes et numquam laesa profundo  
 cura mero, sed iura tamen genialia cordi  
 et mentem vincire toris ac iungere festa  
 conubia et fidos domino genuisse clientes. 110  
 quis sublime genus formamque insignis Etruscae  
 nesciat? haudquaquam proprio mihi cognita visu,  
 sed decus eximium famae par reddit imago,  
 et sibimet similis natorum gratia monstrat.  
 nec vulgare genus; fasces summamque curulem 115  
 frater et Ausonios enses mandataque fidus  
 signa tulit, cum prima truces amentia Dacos  
 impulit et magno gens est damnata triumpho.  
 sic quicquid patrio cessatum a sanguine, mater  
 reddidit, obscurumque latus clarescere vidit  
 conubio gavisa domus. nec pignora longe; 120  
 quippe bis ad partus venit Lucina manumque  
 ipsa levi gravidos tetigit fecunda labores.  
 felix a! si longa dies, si cernere vultus  
 natorum viridisque genas tibi iusta dedissent 125  
 stamina. sed media cecidere abrupta iuventa  
 gaudia, florentesque manu scidit Atropos annos,  
 qualia pallentes declinant lilia culmos  
 pubentesque rosae primos moriuntur ad austros,  
 aut ubi verna novis expirat purpura pratis. 130  
 illa, sagittiferi, circumvolitastis, Amores,  
 funera maternoque rogos unxistis amomo,  
 nec modus aut pennis laceris aut crinibus ignem  
 spargere, collectaeque pyram struxere pharetrae.  
 quas tunc inferias aut quae lamenta dedisses 135  
 maternis, Etrusce, rogis, qui funera patris  
 haud matura putas atque hos pius ingemis annos!  
 illum et qui nutu superas nunc temperat arces,  
 progeniem claram terris partitus et astris,  
 laetus Idymaei donavit honore triumpho 140  
 dignatusque loco victricis et ordine pompae  
 non vetuit, tenuesque nihil minuere parentes.  
 atque idem in cuneos populo seduxit equestres  
 mutavitque genus laevaeque ignobile ferrum

los dioses o cuanto bulle en el crisol de la Moneda Imperial para ser  
105 acuñado.

Por ello tu reposo fue escaso y excluiste del espíritu todo placer. Tu comida fue frugal y nunca un uso desmesurado del vino menoscabó tu celo. Sí fue grato a tu espíritu, sin embargo, el legítimo matrimonio, ligar tu corazón al tálamo, celebrar la unión conyugal y procrear súbditos fieles al emperador.  
110

¿Quién puede ignorar el ilustre linaje y la belleza de la insigne Etrusca? Yo no tuve ocasión de conocerla personalmente, pero su retrato, que hace honor a su fama, representa una belleza excepcional, y la apostura del rostro de sus hijos, similar a la suya, lo muestra igualmente.  
115 No era vulgar su linaje. Su hermano recibió los haces y la silla curul, mandó las espadas de Ausonia y llevó lealmente los estandartes encomendados cuando la locura empujó a los bárbaros dacios a tomar la iniciativa en declarar la guerra y aquel pueblo fue castigado con un gran triunfo. Así, la madre compensó lo que dejaba que desear el linaje paterno y la familia se alegró al ver que su costado oscuro se iluminaba gracias a la boda. No se hicieron esperar las prendas del matrimonio. Lucina acudió dos veces a los partos y con mano delicada recogió fecunda el fruto del sufrimiento del embarazo. ¡Dichosa tú, ay, si los estambres de las Parcas te hubieran concedido, en justicia, una larga vida  
120 para ver las lozanas mejillas del rostro de tus hijos! Pero estas alegrías cayeron truncadas en medio de tu juventud, y Átropo cercenó con su mano tus años en flor: como los lirios abaten sus pálidas corolas y las lozanas rosas mueren con los primeros Austros o cuando en primavera las  
125 flores purpúreas se marchitan en los prados lozanos.  
130

Vosotros, Amores portadores de dardos, sobrevolasteis aquel funeral y ungisteis la pira con el amomo materno. No dejasteis ni un momento de avivar el fuego con vuestras plumas y cabellos arrancados, y vuestras aljabas fueron amontonadas para erigir la pira. ¡Qué ofrendas  
135 fúnebres no habrías hecho al tálamo de tu madre, Etrusco, qué lamentos no habrías proferido, tú que ahora juzgas prematura la muerte de tu padre y te lamentas piadoso de la edad de su muerte!

Y aquel que ahora gobierna con su asentimiento las moradas celestiales, el que repartió su ilustre progenie entre las tierras y los astros, le obsequió gustosamente con el honor del triunfo sobre Idumea y, considerando digno, no le negó un puesto en el orden de la procesión triunfal. La humildad de sus ascendientes no fue óbice. El mismo emperador lo condujo desde el pueblo a los escaños de los caballeros y cambió su linaje; despojó su mano izquierda del vulgar anillo de hierro y lo

exuit et celso natorum aequavit honori. 145  
 dextra his octonis fluxerunt saecula lustris,  
 atque aevi sine nube tenor. quam dives in usus  
 natorum totoque volens excedere censu,  
 testis adhuc largi nitor inde assuetus Etrusci,  
 cui tua non humilis dedit indulgentia mores! 150  
 hunc siquidem amplexu semper revocante tenebas  
 blandus et imperio numquam pater; huius honori  
 pronior ipse etiam gaudebat cedere frater.  
 quas tibi devoti iuvenes pro patre renato,  
 summe ducum, grates, aut quae pia vota rependant? 155  
 tu, seu tarda situ rebusque exhausta senectus  
 erravit, seu blanda diu Fortuna regressum  
 maluit, attonitum et venturi fulminis ictus  
 horrentem tonitru tantum lenique procella  
 contentus monuisse senem, cumque horrida supra 160  
 aequora curarum socius procul Itala rura  
 linqueret, hic molles Campani litoris oras  
 et Diomedaeas concedere iussus in arces,  
 atque hospes, non exul, erat. nec longa moratus  
 Romuleum reseras iterum, Germanice, limen 165  
 maerentemque foves inclinatosque penates  
 erigis. haut mirum, ductor placidissime, quando  
 haec est quae victis parcentia foedera Cattis  
 quaeque suum Dacis donat clementia montem,  
 quae modo Marcomanos post horrida bella vagosque 170  
 Sauromatas Latio non est dignata triumpho.  
 iamque in fine dies, et inexorabile pensum  
 deficit. hic maesti pietas me poscit Etrusci  
 qualia nec Siculae modulantur carmina rupes  
 nec fati iam certus olor saevique marita 175  
 Tereos. heu quantis lassantem brachia vidi  
 planctibus et prono fusum super oscula vultu!  
 vix famuli comitesque tenent, vix arduus ignis  
 summovet. haud aliter gemit per Sunia Theseus  
 litora, qui falsis deceperat Aegea velis. 180  
 tunc immane gemens foedatusque ora tepentes  
 affatur cineres: «cur nos, fidissime, linquis  
 Fortuna redeunte, pater? modo numina magni

145 honori *Salmasius, Courtney* 1984 337: -e *M*\* 155 rependant *c.*, *cf.* III 1, 170-1: -unt *M*\* 174  
 modulantur *Bentley, Schrader*: moderantur *M*\* 179 per Sunia *Polster I, 6 (cf. Theb. XII 624)*: pe-  
 riuria *M*\* 180 litora *M*: -e *Itali*\* qui *M*: quem *Shackleton Bailey* 277

145 puso a la altura del elevado rango de sus hijos. Sus años pasaron felizmente durante dieciséis lustros y el curso de su vida transcurrió sin un nubarrón. Qué generoso fue el padre al servicio de sus hijos, dispuesto incluso a superar los límites de su fortuna, lo testimonia el continuo esplendor del afortunado Etrusco desde entonces hasta hoy, a quien tu  
150 permisividad no impuso un carácter retraído, pues lo acogías en un abrazo que siempre le invitaba a volver, padre en amor y nunca en autoridad. Hasta su mismo hermano cedió alegremente ante él, más atento a la gloria de aquél que a la suya propia.

¿Con qué gratitud, oh tú el más grande de los príncipes, con qué piadosas ofrendas podrían corresponderte estos jóvenes consagrados a  
155 tu servicio, por haber devuelto a su padre a la vida? Tú (sea porque su vejez cometiera un error, torpe por el deterioro de la edad y exhausta de recursos; sea que la Fortuna, propicia durante largo tiempo, prefiriera un retiro) te contentaste con amonestar al anciano sólo con un simple  
160 trueno y una suave tempestad, cuando él, atónito, temía el embite de un rayo inminente. Y mientras quien había compartido sus responsabilidades se alejaba de los campos de Italia a través de rizados mares, a él se le ordenó retirarse a las plácidas riberas de la costa campana y a las ciudadelas de Diomedes, y era un invitado, no un desterrado. Sin excesiva  
165 tardanza le abres de nuevo, Germánico, las puertas de la ciudad de Rómulo, le consuelas de su tristeza y levantas sus penates caídos en desgracia. No es extraño, oh el más dulce de los generales, porque esa clemencia es la que otorgó a los catos vencidos un tratado generoso, la que restituyó a los dacios su montaña y la que, recientemente, tras una terrible guerra, renunció a la celebración de un triunfo romano sobre los  
170 marcomanos y los sármatas trashumantes.

Ya sus días tocaron a su fin y se agotó el implacable huso. Entonces la devoción filial del entristecido Etrusco me encargó unos versos que ni las rocas de Sicilia fueran capaces de modular, ni el cisne cuando ya es  
175 sabedor de su muerte ni la esposa del cruel Tereo. ¡Ay, con qué golpes le vi lacerar sus brazos y postrarse para besar a su padre con rostro cabizbajo! Apenas pueden sujetarlo esclavos y acompañantes, apenas la pira que se levanta lo aparta. No de otra manera lloró Teseo junto a las  
180 costas de Sunio después de haber confundido a Egeo con falaces velas. Entonces, con un profundo llanto y el rostro descompuesto, se dirige así a las cenizas aún tibias:

praesidis atque breves superum placavimus iras,  
 nec frueris; tantique orbatu muneris usu 185  
 ad manes, ingrate, fugis. nec flectere Parcas  
 aut placare malae datur aspera numina Lethes?  
 felix, cui magna patrem cervice vehenti  
 sacra Mycenaee patuit reverentia flammae,  
 quique tener saevis genitorem Scipio Poenis 190  
 abstulit, et Lydi pietas temeraria Lausi!  
 ergo et Thessalici coniunx pensare mariti  
 funus et immitem potuit Styga vincere supplex  
 Thracius? hoc quanto melius pro patre liceret!  
 non totus rapiere tamen, nec funera mittam 195  
 longius; hic manes, hic intra tecta tenebo:  
 tu custos dominusque laris, tibi cuncta tuorum  
 parebunt. ego rite minor semperque secundus  
 assiduas libabo dapes et pocula sacris  
 manibus effigiesque colam: te lucida saxa, 200  
 te similem doctae referet mihi linea cerae;  
 nunc ebur et fulvum vultus imitabitur aurum.  
 inde viam morum longaeque examina vitae  
 adfatusque pios monituraque somnia poscam.  
 talia dicentem genitor dulcedine laeta 205  
 audit et immites lente descendit ad umbras  
 verbaque dilectae fert narraturus Etruscae.  
 salve supremum, senior mitissime patrum,  
 supremumque vale, qui numquam sospite nato  
 triste chaos maestique situs patiere sepulcri! 210  
 semper odoratis spirabunt floribus arae,  
 semper et Assyrios felix bibet urna liquores  
 et lacrimas, qui maior honos. hic sacra litabit  
 manibus eque tua tumulum tellure levabit.  
 nostra quoque exemplo meritis tibi carmina sancit, 215  
 hoc etiam gaudens cinerem donasse sepulcro.



—¿Por qué nos abandonas, tú el más fiel de los padres, ahora que la Fortuna regresaba? Acabábamos de aplacar la divina voluntad del poderoso príncipe y las breves iras de los dioses y tú no te aprovechas, sino  
 185 que, despojado del disfrute de tan preciada gracia, huyes, ingrato, a los Manes. ¿Y no es posible doblegar a las Parcas o aplacar las hoscas divinidades del maldito Lete? ¡Dichoso aquél ante quien los incendios provocados por los guerreros de Micenas se abrieron paso con religioso  
 190 respeto cuando transportaba a su padre sobre su robusto cuello; o Escipión que, todavía un niño, sustrajo a su progenitor de la fiereza de los púnicos; dichosa también la audaz devoción del lidio Lauso! ¿No pudo la esposa de un tesalio rescatar al precio de su muerte la vida de su marido o un tracio vencer con sus súplicas a la cruel Estige? ¡Cuánto más que esto debería ser lícito por un padre! Aún así, no me serás arrebatado  
 195 del todo, no enviaré tus cenizas lejos. Aquí guardaré tus restos, aquí dentro de estas paredes. Tú serás el guardián y el señor de mi hogar, a ti te obedecerán todos los tuyos. Yo, siempre sumiso e inferior a ti, religiosamente haré a tus sagrados Manes continuas libaciones de manjares y bebidas y honraré tu busto. El luciente mármol y la silueta de la cera  
 200 trabajada me mostrarán tu imagen. Ora el marfil, ora el rubio oro imitarán tu rostro. De él obtendré un modelo de costumbres, las reflexiones que tu larga vida sugiere, piadosos consejos y sueños que transmiten recomendaciones.

205 Mientras así habla, su padre le escucha con alegre bienestar; lentamente, desciende a las despiadadas sombras y lleva consigo estas palabras para transmitir las a su amada Etrusca.

Adiós por última vez, anciano, el más dulce de los padres, por última vez adiós a ti, que nunca, mientras tu hijo viva, sufrirás el lúgubre infierno o el olvido de un triste sepulcro. Siempre tu altar exhalará  
 210 perfume de flores, siempre también tu feliz urna se embeberá de esencias asirias y de lágrimas, que es un honor mayor. Este hijo tuyo hará sacrificios a tus Manes y aligerará el peso del túmulo que se alza sobre terreno propio. También mi canto, que ha merecido por su actitud ejemplar,  
 215 te lo dedica, contento por ofrendar también este monumento sepulcral a tu ceniza.

IV  
CAPILLI FLAVII EARINI

ITE, comae, facilemque precor transcurrite pontum,  
ite coronato recubantes molliter auro;  
ite, dabit cursus mitis Cytherea secundos  
placabitque notos, fors et de puppe timenda  
transferet inque sua ducet super aequora concha. 5

accipe laudatos, iuvenis Phoebeie, crines  
quos tibi Caesareus donat puer, accipe laetus  
intonsoque ostende patri. sine dulce nitentes  
comparet atque diu fratris putet esse Lyaei.  
forsan et ipse comae numquam labentis honorem 10  
praemetet atque alio clusum tibi ponet in auro.

Pergame, pinifera multum felicior Ida,  
illa licet sacrae placeat sibi nube rapinae  
(nempe dedit superis illum quem turbida semper  
Iuno videt refugitque manum nectarque recusat), 15  
at tu grata deis pulchroque insignis alumno  
misisti Latio placida quem fronte ministrum  
Iuppiter Ausonius pariter Romanaque Iuno  
aspiciunt et uterque probant.

nec tanta potenti

terrarum domino divum sine mente voluptas. 20

dicitur Idalios Erycis de vertice lucos  
dum petit et molles agitat Venus aurea cygnos,  
Pergameas intrasse domos ubi maximus aegris  
auxiliator adest et festinantia sistens  
fata salutifero mitis deus incubat angui. 25  
hic puerum egregiae praeclarum sidere formae  
ipsius ante dei ludentem conspicit aras.  
ac primum subita paulum decepta figura  
natorum de plebe putat; sed non erat illi

**IV tit.** CAPILLI FLAVII EARINI *Politianus* A : CAPILLI FLAVII IERINI M : COMAS FLAVII EARINI *sic laudat Sidonius, carm. XXII Epist. 6*

**9** fratris *Itali* : -es M \* **13** nube M : laude *Markland 287a et in textu* \* **19** interpunxi \* **21** Idalios *Itali* : id alios M \* **26** egregiae *Itali* : -e M \*

## IV

### LOS CABELLOS DE FLAVIO EARINO

¡Marchad, bucles, y, lo suplico, surcad plácidamente el mar; marchad extendidos delicadamente sobre el oro bordeado de pedrería; marchad: la benévola Citerea os dará una próspera travesía y aplacará los Notos; y quizá incluso os transborde de la insegura nave y en su propia  
5 concha os conduzca sobre las llanuras del mar!

Recibe, joven hijo de Febo, los celebrados cabellos que te ofrenda el fámulo del César; recíbelos contento y muéstralos a tu melenudo padre. Déjale que compare su dulce brillo y que crea, durante largo tiempo, que son de su hermano Lieo. Quizás también él cortará la gala de su  
10 cabello (nunca caduco) y te lo ofrendará encerrado en otra dorada arquilla.

¡Pérgamo, mucho más dichoso que el Ida fértil en pinos, aunque éste se enorgullece de la nube que propició el divino raptó! Cierto es que el Ida crió para los dioses a aquél a quien Juno ve siempre con ojeriza,  
15 cuyas manos rehúye, cuyo vino rechaza, pero tú, grata a los dioses e ilustre por tu hermoso pupilo, enviaste al Lacio a un copero a quien contemplan con plácido ceño, por igual, el Júpiter ausonio y la romana Juno, y ambos lo aprueban.

Y no se concedió tal disfrute al poderoso señor de las tierras sin la  
20 voluntad de los dioses.

Se cuenta que la dorada Venus, mientras se dirigía desde la cima del Érice a los bosques de Idalia y conducía su carro de delicados cisnes, entró en el templo de Pérgamo donde reside el mayor sanador de enfermos y el plácido dios que frena las dolencias fatales se apoya en su curativa serpiente. Entonces Venus descubrió a un niño que sobresalía por  
25 el brillo de su gallarda hermosura, jugando ante el altar del propio dios. Y al pronto, engañada por un momento por esta súbita apariencia, lo tomó por uno del tropel de sus hijos; pero no tenía arco ni sombras que  
30

arcus et ex umeris nullae fulgentibus umbrae. 30  
 miratur puerile decus, vultumque comasque  
 aspiciens 'tunc Ausonias' ait 'ibis ad arces,  
 neglectus Veneri? tu sordida tecta iugumque  
 servitii vulgare ferēs? procul absit: ego isti  
 quem meruit formae dominum dabo. vade age mecum, 35  
 vade, puer: ducam volucris per sidera curru  
 donum immane duci; nec te plebeia manebunt  
 iura: Palatino famulus deberis amori.  
 nil ego, nil, fateor, toto tam dulce sub orbe  
 aut vidi aut genui. cedit tibi Latmius ultro 40  
 Sangariusque puer, quemque irrita fontis imago  
 et sterilis consumpsit amor. te caerulea Nais  
 mallet et adpressa traxisset fortius urna.  
 tu puer ante omnis; solus formosior ille  
 cui daberis'. 45  
 sic orsa leves secum ipsa per auras  
 tollit olarinaque iubet considerare biga.  
 nec mora, iam Latii montes veterisque penates  
 Evandri, quos mole nova pater inclitus orbis  
 excolit et summis aequat Germanicus astris.  
 tunc propior iam cura deae, quae forma capillis 50  
 optima, quae vestis roseos accendere vultus  
 apta, quod in digitis, collo quod dignius aurum.  
 norat caelestis oculos ducis ipsaque taedas  
 iunxerat et plena dederat conubia dextra.  
 sic ornat crines, Tyrios infundit amictus, 55  
 dat radios ignemque suum. cessere priores  
 deliciae famulumque greges; hic pocula magno  
 prima duci murrasque graves crystallaque portat  
 candidiore manu: crescit nova gratia Baccho.  
 care puer superis, qui praelibare verendum 60  
 nectar et ingentem totiens contingere dextram  
 electus quam nosse Getae, quam tangere Persae  
 Armeniique Indique petunt! o sidere dextro  
 edite, multa tibi divum indulgentia favit!  
 olim etiam, ne prima genas lanugo nitentes 65  
 carperet et pulchrae fuscaret gaudia formae,  
 ipse deus patriae celsam trans aequora liquit

34 procul *Itali* : procul procul *M*\* 38 amori *M* : honori *Rothstein* 509\* 39 tam *Itali* : iam *M*\* 40  
 Latmius *c* : lamus *M*\* 47 veteris *Barth* : -es *M*\* 55 infundit *Courtney* 1968 55 : sic fundit *M*\* 66  
 gaudia *Gronovius c.* 34, *def. Markland* 289a, *Håkanson* 81-2 : gratia *M*\*

se proyectaran sobre sus radiantes hombros. Se admiró de su belleza infantil y, mientras contemplaba su rostro y su cabello, le dijo:

—¿Irás tú acaso a las latinas ciudadelas dejado de la mano de Venus? ¿Sufrirás tú un sórdido hogar y el yugo de una esclavitud vulgar? Nunca: yo misma me encargaré de obsequiar con tu belleza a un dueño que la  
 35 ha merecido. ¡Ven ya conmigo, ven, niño! Te llevaré por los astros en mi alado carro como soberbio regalo del emperador. No te aguardará una esclavitud plebeya: estás destinado a ser sirviente de un amante de Palacio. Nada tan dulce, nada, lo confieso, he contemplado o creado yo en  
 40 el mundo entero. Ante ti cederá incluso el niño de Latmos, y el de Sângaro, y aquél a quien consumió su insustancial reflejo en la fuente y un estéril amor. A ti la cerúlea Náyade habría preferido arrastrarte, tirando de tu cántaro. Tú, niño, a todos sobrepujas. Sólo te supera en hermosura  
 15 aquél a quien serás entregado.

Tras hablar así, lo tomó consigo con sus propias manos por los ligeros aires y le ordenó sentarse en su carro uncido a cisnes. Y ya sin dilación se distinguían las colinas del Lacio y los penates del antiguo Evandro, que Germánico, padre ínclito del mundo, engalana con una  
 50 nueva construcción y pone a la altura de los excelsos astros. Entonces se manifestó ya más vivamente la atención de la diosa sobre qué peinado era mejor para su cabello, qué prenda era idónea para iluminar su rosado rostro y qué alhaja de oro era más apropiada en sus dedos y en su cuello. Ella conocía las preferencias imperiales, pues había unido sus teas nupciales y le había otorgado un matrimonio con propicia mano.  
 55 Adornó en consecuencia los cabellos, lo cubrió con una tela de púrpura y le confirió sus rayos y su propio fuego. Los anteriores favoritos y los tropeles de sirvientes cedieron ante él. Éste sirve ahora las mejores copas al emperador, los pesados vasos de mirra y de cristal, con mano más cándida. Nace un nuevo atractivo en Baco.

60 ¡Joven querido por los dioses, que fuiste elegido para libar el sagrado néctar y tocar tantas veces la imponente mano que los getas pretenden conocer, y los persas, armenios e indos tocar! ¡Oh, tú, nacido con feliz estrella, mucho te favoreció la indulgencia de los dioses!

Precisamente cierto día, para que la primera barba no ajara sus radiantes mejillas ni oscureciera el brillo de su hermosa belleza, el mismo  
 65 dios de su patria vino, surcando las llanuras del mar, desde la elevada

Pergamon. haud ulli puerum mollire potestas  
 credita, sed tacita iuuenis Phoebeius arte  
 leniter haud ullo concussum vulnere corpus 70  
 de sexu transire iubet. tamen anxia curis  
 mordetur puerique timet Cytherea dolores.  
 nondum pulchra ducis clementia coeperat ortu  
 intactos servare mares; nunc frangere sexum  
 atque hominem mutare nefas, gavisaque solos 75  
 quos genuit Natura videt, nec lege sinistra  
 ferre timent famulae natorum pondera matres.  
 tu quoque nunc, iuuenis, genitus si tardius esses,  
 umbratusque genas et adultos fortior artus  
 non unum gaudens Phoebea ad limina munus 80  
 misisses; patrias nunc solus crinis ad oras  
 naviget. hunc multo Paphie saturabat amomo,  
 hunc bona tergemina pectebat Gratia dextra.  
 huic et purpurei cedet coma saucia Nisi,  
 et quam Sperchio tumidus servabat Achilles. 85  
 ipsi, cum primum niveam praecerpere frontem  
 decretum est umerosque manu nudare nitentes,  
 adcurrunt teneri Paphia cum matre volucres  
 expediuntque comas et Serica pectore ponunt  
 pallia. tunc iunctis crinem incidere sagittis 90  
 atque auro gemmisque locant; rapit ipsa cadentem  
 mater et arcanos iterat Cytherea liquores.  
 tunc puer e turba, manibus qui forte supinis  
 nobile gemmato speculum portaverat auro,  
 'hoc quoque demus' ait 'patriis nec gratius ullum 95  
 munus erit templis, ipsoque potentius auro:  
 tu modo fige aciem et vultus hic usque relinque.'  
 sic ait et speculum secluserit imagine rapta.  
 at puer egregius tendens ad sidera palmas,  
 'his mihi pro donis, hominum mitissime custos, 100  
 si merui, longa dominum renovare iuventa  
 atque orbi servare velis! hoc sidera mecum  
 hoc undae terraeque rogant. eat, oro, per annos  
 Iliacos Pyliosque simul, propriosque penates  
 gaudeat et secum Tarpeia senescere templa. 105  
 sic ait et motas miratur Pergamos aras.

83 hunc *Itali*: nunc *M\** bona *Courtney* 1968 55: nova *M\** 91 cadentem *Saenger*: -es *M\** 95 pa-  
 triis *Itali*: patris *M\** 96 ipso... auro *M*: ipsum... aurum *Courtney* 1968 56; contra *Håkanson* 1973  
 76-77 \* 97 hic *Barth*: huc *M\** 98 secluserit *Gronovius* c. 34, *def. Håkanson* 1973 77: re- *M* (*sed*  
*apud Statium semper recludere reperitur*) \* 103 oro *Itali*: ore *M\** annos *Itali*: -us *M*

Pérgamo. A ningún otro se confió el poder de castrar a un niño, pero él,  
 70 el joven hijo de Febo, hizo con su secreto arte deponer al cuerpo su sexo,  
 sin infligirle herida alguna. Con todo, la Citerea, angustiada, se reco-  
 mía de preocupación y temía por el dolor de su niño. La noble clemencia  
 de nuestro emperador aún no había comenzado a preservar intactos a  
 los varones de nacimiento. Ahora es un sacrilegio extirpar el sexo y  
 75 cambiar a un varón. La Naturaleza se alegra de ver a los hombres tal y  
 como ella los ha creado y ya no temen las madres esclavas, por culpa  
 de una siniestra legislación, soportar la carga del embarazo de sus hijos.

También tú, joven, si hubieras nacido más tarde, con las mejillas  
 80 sombreadas y más corpulencia en tus miembros, ahora te habrías ale-  
 grado de enviar al templo de Febo más de una ofrenda. Ahora sólo tu  
 cabello navegará a las costas de tu patria.

A éste la diosa de Pafos lo inundaba de amomo, a éste las tres Gra-  
 cias, propicias, lo peinaban con sus manos, ante éste cederá incluso el  
 purpúreo mechón del mutilado Niso, y el que el orgulloso Aquiles reser-  
 85 vaba para el Esperquío.

Los mismos tiernos dioses alados, cuando fue decretado despejar su  
 nívea frente y sus lustrosos hombros, acudieron corriendo a él con su  
 madre, la diosa de Pafos. Desenmarañaron el cabello y colocaron sobre  
 su pecho un palió de seda. Entonces cortaron el pelo uniendo sus fle-  
 90 chas y lo depositaron entre oro y gemas. Su misma madre lo recogió al  
 caer y lo volvió a ungir con su perfume misterioso. Entonces un niño  
 del grupo que a la sazón sostenía en sus manos extendidas un lujoso espe-  
 jo bordeado de oro, dijo:

95 –Ofrendemos también esto. No habrá ofrenda más grata al templo  
 patrio y será más preciada que el oro mismo: tú simplemente clava tu  
 mirada y deja aquí la impronta de tu rostro. –Así dijo y cerró el espejo  
 tras captar la imagen.

Por su parte el noble niño, elevando sus manos a los astros, dijo:

100 –¡Oh el más benévolo patrón de los hombres, si lo he merecido a  
 cambio de estas ofrendas, remeza a mi señor en una larga juventud, y  
 resérvalo para la humanidad! Los astros, las ondas y las tierras se unen  
 a mí en esta plegaria. Que alcance, te lo ruego, la longevidad de los an-  
 cianos iliaco y pilio juntos, y que se alegre de ver envejecer junto a él su  
 105 propio hogar y el templo tarpeyo! –Así dijo y Pérgamo se maravilló de  
 que los altares se movieran.

## V

## &lt;ECLOGA AD UXOREM&gt;

QUID mihi maesta die, sociis quid noctibus, uxor,  
 anxia pervigili ducis suspiria cura?  
 non metuo ne laesa fides aut pectore in isto  
 alter amor; nullis in te datur ire sagittis  
 (audiat infesto licet hoc Rhamnusia vultu) 5  
 non datur. et si egomet patrio de litore raptus  
 quattuor emeritis per bella, per aequora lustris  
 errarem, tu mille procos intacta fugares,  
 non imperfectas commenta retexere telas,  
 sed sine fraude palam, thalamo intemerata negasses. 10  
 dic tamen, unde alia mihi fronte et nubila vultus?  
 anne quod Euboicos fessus remeare penates  
 auguror et patria senium componere terra?  
 cur hoc triste tibi? certe lascivia corde  
 nulla nec aut rabidi mulcent te proelia Circi 15  
 aut intrat sensus clamosi turba theatri,  
 sed probitas et opaca quies et sordida numquam  
 gaudia.  
 Quas autem comitem te raptu per undas?  
 quamquam, et si gelidas irem mansurus ad Arctos  
 vel super Hesperiae vada caligantia Thyles 20  
 aut septemgemini caput impenetrabile Nili,  
 hortarere vias. etenim tu nempe benigna

**V tit.** ECLOGA AD UXOREM *Itali* (ex III Praef. summa est ecloga qua... Claudiam meam exhortor) : VIA DOMITIANA *M* (ex IV 3)

**1** Quid *Itali* : Quis *M* \* 7 emeritis *M* : emensis *Markland* 292a (in comm.), *Bentley* \* 9 imperfectas *Itali*, temptabat *Markland* 292b-3a (in comm.), *Postgate*, def. *Håkanson* 94, *Courtney* : intersectas *Itali*, abc, *Markland* in textu : interfectas *M* : intertextas *Aldina* \* 10 thalamo intemerata scripsi, coll. *Theb.* I 574 intemerata toris, *Theb.* IV 579, V I, 62 : thalamosque armata *M*, damn. *Markland* 293a : thalamisque orbata *Markland* 293a (in comm.) et in textu \* 11 alia... fronte *Aldina* : alta... fronte *M* : altam... frontem *Grabesberg* \* vultus *M* : -u *Aldina* \* 14 corde *M* : -i c \* 13 auguror *M* : arguor *Heinsius*, *Courtney* \* 15 rabidi *Wakefield* (cf. *Theb.* I 625, V 96, VIII 632) : rapidi *M*, edd. : trepidi *Traglia* ex *Korsch* \* mulcent *Itali* : mulcem *M* \* 16 turba *M* : cura *Markland* 175a (in comm.) et in textu, coll. *Prop.* II 16, 33 \* 20 vel *Itali* : ves *M* : vis a \* 21 impenetrabile *Itali* : ut penetrabile *M* \* 22 etenim *M*<sup>1</sup> (ut vid.), b, edd. : at enim *M*, *Aldina* \* tu *Ker* 1953 4-5, def. *Håkanson* 96-8 : tua *M*, edd. \*



## V

### <POEMA A LA ESPOSA>

¿Por qué conmigo, esposa, estás triste durante el día, por qué, durante las noches que compartimos, profieres suspiros ansiosos mientras la preocupación te desvela? No temo que hayas quebrantado tu fidelidad o que en tu pecho se aloje un amor rival. No hay dardos que puedan alcanzarte (así oiga esto con malos ojos la diosa de Ramnunte), no los hay. Incluso si yo, arrebatado de las riberas de la patria, vagara entre guerras y mares durante cuatro lustros de servicios a las armas, tú, intacta, pondrías en fuga a mil pretendientes; no recurriendo a la argucia de deshacer el tapiz para dejarlo inacabado, sino sin ardidés, abiertamente te negarías, incólume en el tálamo.

Pero dime: ¿por qué estás con otro ceño conmigo y con el rostro nublado? ¿Acaso porque, en mi agotamiento, planeo regresar a mis penates euboicos y hacer reposar mi vejez en mi tierra patria? ¿Por qué esto es motivo de tristeza para tí? No hay ciertamente frivolidad alguna en tu carácter, ni te atraen los certámenes del rabioso Circo, ni embelesa tus sentidos el gentío del teatro gritón, sino la honradez, la anónima tranquilidad y solaces nunca viles.

Ahora bien: ¿a través de qué olas me propongo robarte como compañera? Aunque tú me animarías a emprender la marcha incluso si embarcara rumbo al gélido Polo Norte para establecerme allí, a los mares brumosos de la Tule occidental o a la fuente inalcanzable del Nilo de siete bocas. Pues eres tú la que, por un golpe de suerte, Venus me en-

quam mihi sorte Venus iunctam florentibus annis  
 servat et in senium. tua, quae me vulnere primo  
 intactum thalamis et adhuc iuvenile vagante  
 fixisti, tua frena libens docilisque recepi, 25  
 et semel insertas non mutaturus habenas  
 usque premo. tu me nitidis Albana ferentem  
 dona comis sanctoque indutum Caesaris auro  
 visceribus complexa tuis, sertisque dedisti 30  
 oscula anhela meis; tu, cum Capitolia nostrae  
 infitiata lyrae, saevum ingratumque dolebas  
 mecum victa Iovem; tu procurrentia primis  
 carmina nostra sonis, ductasque in murmure voces  
 aure rapis vigili; longi tu sola laboris 35  
 conscia, cumque tuis crevit mea Thebais annis.  
 qualem te nuper Stygias prope raptus ad umbras  
 cum iam Lethaeos audirem comminus amnes,  
 aspexi tenuique oculos iam morte cadentes!  
 scilicet exhausti Lachesis mihi tempora fili 40  
 te tantum miserata dedit, superique potentes  
 invidiam timuere tuam. post ista propinquum  
 nunc iter optandosque sinus comes ire moraris?  
 heu ubi nota fides totque explorata per usus,  
 qua veteres Latias Graias heroidas aequas? 45  
 isset ad Iliacas (quid enim deterret amantes?)  
 Penelope gavisia domos, si passus Ulixes;  
 questa est Aegiale, questa est Meliboea relinqui,  
 et quam (quam saevi!) fecerunt maenada planctus.  
 nec minor his tu nosse fidem vitamque maritis 50  
 dedere. sic certe cineres umbramque priorem  
 quaeris adhuc, sic exsequias amplexa canori  
 coniugis ingentes iterasti pectore planctus,  
 iam mea. nec pietas alia est tibi curaque natae:  
 sic et mater amas, sic numquam corde recedit 55  
 nata tuo, fixamque animi penetralibus imis  
 nocte dieque tenes. non sic Trachinia nidos

24 tua *M*: tu *Ker* 1953 4-5\* 25 intactum *Itali*: intantum *M*\* 28 tu *Poliziano A-B*: ter *M*\* 32 do-  
 lebas *a*: doleres *M*\* 34 ductas in murmure voces *scripsi*: totasque in murmure noctes *M*: motas  
 in murmura voces *Heinsius ad Claud. in Rufin* 1 152\* 40 exhausti... fili *scripsi*: exhausti... fati *M*:  
 exacto... filo *temptabat Markland* 295a\* 45 Latias *M*: Italis *Courtney* 1966 53\* Graias *M*: Graias-  
 que *Itali*\* 46 Iliacas *Itali*: -os *M*\* 49 quamquam *M*, *distinxit c*\* 50 vitamque *Itali*, *edd. plerique*:  
 victamque *M*: firmam *b*: villamque *Macnaghten* 134\* 57 Trachinia *Itali*: intracia *M*\*

tregó en mis años floridos y me reserva también para la vejez. Tuya (pues tú me infligiste la primera herida cuando aún era desconocedor  
25 del tálamo nupcial y vagaba en los desórdenes de la juventud), tuya es la embocadura que acepté gustoso y sumiso, y aún muerdo las riendas que me impusiste, sin intención de soltarlas jamás. Tú, cuando lucí en mis brillantes cabellos la recompensa de Alba y fui condecorado con el sagrado oro del emperador, me abrazaste de todo corazón y diste besos  
30 apasionados a mis guirnaldas; tú, compañera de derrota cuando el Certamen Capitolino desestimó mi lira, compartiste mi dolor por la dureza e ingratitude de Júpiter; tú escuchaste con oído desvelado mis poemas cuando iniciaban su primeros sonos y palabras musitadas entre murmu-  
35 llos. Tú fuiste la única testigo de mi prolongado esfuerzo y mi *Tebaida* fue creciendo con tus años. ¡Ah, en qué estado pude verte no hace mucho, cuando, a punto de ser raptado a las sombras de la Estige, ya oía de cerca la corriente del Lete, y mantuve mis ojos fijos cuando ya desfa-  
40 llecían por la muerte! Sin duda Láquesis prolongó la duración del hilo ya agotado de mi vida sólo por compasión a ti, pues los poderosos dioses temieron tu ojeriza. ¿Después de eso vas a dudar ahora en acompañarme a un destino cercano y a una bahía deseable? ¡Ay!, ¿dónde queda esa famosa lealtad tuya, puesta a prueba en tantas ocasiones, con la que  
45 igualas a las heroínas latinas y griegas de antaño? Penélope habría marchado contenta a las mansiones troyanas (¿pues qué podría amedrentar a enamorados?), si Odiseo lo hubiera consentido. Se lamentó Egialea de ser abandonada, se lamentó la melibea, y aquélla a la que su llanto (¡qué atroz!) convirtió en ménade. No les vas tú a la zaga en guardar lealtad o en ofrecer tu vida a tus maridos. Así al menos aún buscas las  
50 cenizas del espíritu de tu primer esposo, el poeta, y, entre abrazos a sus restos, reanudaste sobre tu pecho intensos golpes, cuando ya me pertenecías. Y no es otra la devoción que te inspira tu hija: tal es el amor de madre que le profesas, hasta tal punto no se aparta de tu mente y la llevas día y noche fija en lo más profundo de tu corazón. No así Alcíone de Traquis sobrevuela en torno a sus invernales nidos, no así Filomela

Alcyone hibernos, non sic Philomela penates  
 circumit amplectens animamque in pignora transfert. 60  
 et nunc illa tenet viduo quod sola cubili  
 otia iam pulchrae terit infecunda iuventae?  
 sed venient, plenis venient conubia taedis!  
 sic certe formaeque bonis animique meretur.  
 sive chelyn complexa quatit, seu voce paterna  
 dicendum Misis sonat et mea carmina flectit, 65  
 candida seu molli diducit bracchia motu,  
 ingenium probitas artemque modestia vincit.  
 nonne leves pueros, non te, Cytherea, pudebit  
 hoc cessare decus? nec tantum Roma iugales  
 conciliare toros festasque accendere taedas 70  
 fertilis: et nostra generi tellure dabuntur.  
 non adeo Vesuvinus apex et flammae diri  
 montis hiems trepidas exhaustit civibus urbes:  
 stant populisque vigent. hinc auspice condita Phoebō  
 tecta Dicarchei portusque et litora mundi 75  
 hospita. at hinc magnae tractus imitantia Romae  
 quae Capys advectis implevit moenia Teucris.  
 nostraque nec propriis tenuis nec rara colonis  
 Parthenope, cui mite solum trans aequora vectae  
 ipse Dionaea monstravit Apollo columba. 80  
 Has ego te sedes (nam nec mihi barbara Thrace  
 nec Libye natale solum) transferre laboro,  
 quas et mollis hiems et frigida temperat aestas,  
 quas imbelle fretum torpentibus adluit undis.  
 pax secunda locis et desidis otia vitae 85  
 et numquam turbata quies somnique peracti.  
 nulla foro rabies aut strictae in iurgia leges:  
 morum iura viris solum et sine fascibus aequum.  
 quid nunc magnificas species cultusque locorum

**58** hibernos *scripsi*, *posita distinctionis nota post* hibernos, *cf. Theb. IX 362* algentes... nidos, *Ov. met. XI 745-6* perque dies placidos hiberno tempore septem / incubat : nervos *M* : vernos *Itali*, *edd.*, *posita distinctionis nota post* Alcyone : veros *Markland 297a (in comm.) et in textu* \* **59** circumit *Itali* : circuit *M* \* **61** *interrogationis notam statuit* *Bailey* \* **63** animique *Itali* : animaeque *M* \* **64** quatit *Waller* : petit *M* : ferit *Markland 298b (in comm.) et in textu*, *Peyraedus* \* **65** dicendum *Markland 299a (in comm.)*, *coll. Hor. carm. IV 9, 21; cf. frg. 31 incertorum versorum*, *Buechner, FPL 207* : discendum *M* \* **70** toros *Itali* : -o *M* \* **74** hinc *Heinsius* : hic *M* \* **75** portusque et *M* : portus et *Itali*, *abc* \* mundi *M* (*bene*, *cf. A.P. VII 379, 5 κοσμου*) : Baii *Markland 300a (in comm.)* \* **78** nostraque nec *Otto 538, def. Håkanson 103* : nostra quoque et *M*, *def. Frère* : nostra quoque haud *Markland 300b (in comm.) et in textu* \* **80** Dionaea... columba *a* : Dionaeae... -ae *M* \* **86** peracti *M* : parati *Itali* \* **88** morum *M* : norunt *Markland 301a (in comm.) et in textu* \*

sobrevuela su hogar cuando entre abrazos infunden en sus polluelos el aliento vital. ¿Y es que ahora te retiene en Roma tu hija, porque en un  
60 lecho célibe pasa en soledad una vida estéril en su hermosa juventud? ¡Pero llegará, llegará el matrimonio con fértiles teas! Así al menos lo merece por las virtudes de su hermosura y de su carácter. Ya sea que, abrazando la lira, tañe las cuerdas, ya sea que con la voz heredada de su  
65 padre entona un canto digno de ser cantado por las Musas y modula mis poemas, ya sea que separe sus cándidos brazos con un suave movimiento, su honestidad supera a su talento y su recato a su arte. ¿Cómo no han de avergonzarse los frívolos Amorcillos, o tú, Citerea, de que tal  
70 belleza se extinga? Y no sólo Roma es fértil en unir tálamos conyugales o en prender festivas teas: también mi tierra proporcionará yernos. No hasta tal punto el cráter del Vesubio y la ígnea tempestad del atroz volcán han esquilado de ciudadanos las aterrorizadas ciudades: se mantienen en pie y florecen en población. A un lado están las viviendas y el  
75 puerto de Dicarqueo, fundados bajo los auspicios de Febo, y una costa que ofrece hospitalidad al mundo. Se alzan al otro lado las murallas que emulan el circuito de la poderosa Roma, que Capis llenó con inmigrantes teucros. Y, ni escasa en paisanos propios ni privada de colonos, mi Parténope, a la que, tras viajar a través de los mares, el propio Apolo  
80 mostró este plácido suelo mediante la paloma de Venus.

Ésta es la residencia a donde me esfuerzo por trasladarte (pues no es mi suelo natal ni la bárbara Tracia ni Libia), cuyo clima suavizan el templado invierno y el fresco verano, y a la que baña un mar pacífico  
85 de lánguidas olas. Una paz libre de preocupaciones reina en estos lugares, el ocio de una vida de asueto, una tranquilidad nunca importunada y sueños ininterrumpidos. No existe encono en el foro o leyes esgrimidas para la contienda: el derecho de costumbres y sin necesidad de magistrados es la única justicia de los hombres. ¿Para qué alabarte ahora el  
90 paisaje o el ornato de los lugares, sus templos, los paseos separados por

templaque et innumeris spatia interstincta columnis 90  
 et geminam molem nudi tectique theatri  
 et Capitolinis quinquennia proxima lustris,  
 quid laudem litus libertatemque Menandri,  
 quam Romanus honos et Graia licentia miscent?  
 nec desunt variae circa oblectamina vitae, 95  
 sive vaporiferas, blandissima litora, Baias,  
 enthea fatidicae seu visere tecta Sibyllae  
 dulce sit Iliacoque iugum memorabile remo,  
 seu tibi Bacchei vineta madentia Gauri  
 Teleboumque domos, trepidis ubi dulcia nautis 100  
 lumina noctivagae tollit Pharos aemula lunae,  
 caraque non molli iuga Surrentina Lyaeo,  
 quae meus ante alios habitator Pollius auget,  
 Inarimesque lacus medicos Stabiasque renatas.  
 mille tibi nostrae referam telluris honores 105  
 sed satis hoc, coniunx, satis est dixisse: creavit  
 me tibi, me socium longos adstrinxit in annos.  
 nonne haec amborum genetrix altrixque videri  
 digna? sed ingratus qui plura adnecto tuisque  
 moribus indubito: venies, carissima coniunx, 110  
 praeveniesque etiam. sine me tibi ductor aquarum  
 Thybris et armiferi sordebunt tecta Quirini.

**90** templaque et innumeris *Itali*: templaque innumeris *M*\* **93** litus *M*, *locus varie temptatus*: lusus *Bärens*, *fort. recte cf. Mart. I Praef. 19* lusus et licentiam: ritus *Aldina*, *Heinsius ad Sil. XII 31*: ludos *Gustafsson ap. Lundström 73 n. 1 (cf. Eranos 28 (1930) 48)*, *A. W. von Buren AJPh 50 (1929) 378-80*: lites *Lundström*: risus *Lidenbrog*\* **94** Graia *Itali*: grata *M*\* **104** Inarimesque *Unger 176, cf. II 2, 76, Theb. X 917*: Aenariaeque *ac, Aldina cf. Plin. nat. XXX 2*: Denarumque *M*: Dimidiaeque *Imhof 1863 (Dimidiae fons in Stabiis cf. Plin. nat. XXXI 9)*: Aenarumque *Vollmer, ficto ethnico Aenares Aenariae insulae incolarum, TblL s.v.*: venarumque *A. W. van Buren AJPh 51 (1930) 378-9, Courtney*\* Stabiasque *Heinsius*: Stabiasque *M*\* **105** honores *Bärens*: amores *M*\* *sustuli interrogationis notam post honores*

P. PAPINI STATII. SILVARUM. LIBER. III EXPLIC. INCIP. LIBER. IIII M

innumerables columnas, el doble edificio del espectáculo gimnástico y teatral o los Juegos Quinquenales, émulos del agón Capitolino? ¿A qué alabarte la permisividad de la costa, propia de Menandro, producto de la mezcla de la gravedad romana y la frivolidad griega? Y tampoco faltan en los alrededores placeres propios de una vida amena, sea que te apetezca visitar Bayas, inundada de vapor, y su costa placidísima, el inspirado oráculo de la profética Sibila, o la colina reputada por el remo iliaco; o bien los jugosos viñedos del báquico Gauro y las mansiones de los teleboas, donde un faro emite una luz dulce para los navegantes asustados, una luz émula de la luna nocherniega; o bien las colinas de Sorrento, queridas a un Lieo no suave, que Polio, más que ningún otro, fomenta al habitarlas; y los lagos medicinales de Enaria, y Estabias, nacida a una segunda vida. Puedo referirme a mil atractivos más de mi tierra, pero basta, esposa mía, basta que diga esto: me ha dado el ser para ti, me ha unido a ti como compañero de largos años. ¿Acaso no es digna esta tierra de ser tenida por madre y nodriza de los dos? Pero soy un ingrato al añadir más argumentos y dudar de tu comportamiento. Vindrás, queridísima esposa, y me precederás incluso. Sin mí el Tíber, rey de ríos, y el templo del belicoso Quirino te inspirarán hastío.